


BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO
F.
V - 54

PHÆDRI ET AVIANI
FABULÆ.

ACCEDUNT

M. AUR. OLYMP. NEMESIANI

CYNEGETICON ET BUCOLICON,

ITEMQUE

GRATII FALISCI

CYNEGETICON ET HALIEUTICA.

CUM APPOSITIS

ITALICO CARMINE

INTERPRETATIONIBUS, AC NOTIS.



MEDIOLANI. MDCCLXXXV.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.

SUPERIORUM PERMISSU.

VITA
PHÆDRI
A JOANNE SCHEFFERO
COMPOSITA.

PHÆDRUS, cujus pauci meminerunt apud veteres, si non ante, sub Augusto saltem natus fuit. Virgilium profecto ac Ovidium est æmulatus, qui utrique sub Augusto floruere. Quin imo Augusti mentionem facit ipse, tanquam ejus sub quo vixerit, cujusque gesta quædam observarit. Nam cum lib. III. c. 10. præmisisset: *narrabo tibi, memoriæ quod factum est mea*: subdit: *a Divo Augusto tunc petiere judices*. Patriam habuit Thraciam, ut ipse indicat præfat. lib III. his verbis:

Cur somno inerti deseram patriæ decus?
Throssia cum gens numeret auctores suos;
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo.

Sed hoc alii: amplius observatione dignum quod in monte Pierio videatur editus, quem antiqui sedem atque domicilium Musarum credidere. Ita namque, dicto loco:

Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,
In quo tonanti sancta Mnemosine Jovi
Fœcunda novies artium peperit chorum.

Vides simul, in hoc monte Musas genitas putasse olim. Unde quoque nata est opinio, quod ibi

commorentur. *Strabo* lib. X. *A cantilena & numeris, & instrumentis, & Thracica omnis Musica, & Asiatica fit magna. Quod ex eo liquet, quia ibi loca sunt, in quibus velut sedibus suis Musæ esse dicuntur. Nam Pieria, Pimpla, Libethrum olim Thraciæ fuere montes regionesque.* Sic hunc locum verto, quem obscurius nonnihil *Casaubonus* reddidisse videtur. Jam quia Musæ artium omnium ac literarum Deæ, post superius allata verba Phædrus subjecit, *natum se in ipsa prope schola.* Parentes quos habuerit, haud constat. Saltem quoniam in Thracia editus, Thrax ipse fuit, minime servilis extitisse conditionis credi potest, ac sic casu potius, quam nascendi sorte, factus esse servus; neque cum *P. Pithæo*, *libertinum Augusti*, sed *libertum* appellari oportere. Cæterum quis ille casus fuerit, nemini est promptum dicere. Nisi fors quis divinare velit ex *Svetonio*, quando de Octavii Augusti patre scribit cap. 3. *Bessos ac Thracas magno prælio fudisse.* Potuit nimirum evenisse tum, ut cum aliis captivus Romam duceretur. Quod si quis admittit, primam Phædri se extendere ætatem etiam ad Julium necesse est, quando memoratum bellum gestum eo tempore, quo Cæsar solus gessit Consulatum, atque Q. Cicero Asiam administravit. Nec fortasse multum obstat huic sententiæ, cum præsertim senectutis suæ passim Phædrus ipse mentionem faciat temporibus Sejani. Ingenium videtur habuisse probitatis atque honestatis amans, ostenduntque

tot egregiæ ſententiæ, quæ in hoc opuſculo occurrunt. Quin imo & alios juxta ſecum ad virtutis cultum incitare ſtuduit, ut palam in Præfat. lib. II. oſtendit. Pertinet huc quoque, quod eodem libro habet de ardelionum natione, multo labore nil agente:

Hanc emendare, ſi tamen poſſum, volo.

Nec interea moroſus fuiſſe credi poteſt, ſed jucundus hilariſque, ut potiſſimum ex lib. IV, c. 13 & 14, item c. 16 liquet. Opes & pecunias alto generoſoque animo contempſit ſemper, ut de ſe teſtatur ipſe lib. III. præf. ubi *curam habendi penitus corde erasisse* ſcribit. Maxime vero hoc egit, cum videret, quam multis exitiales eſſent ſuo tempore pecuniæ. Id quod innuit lib. V. fab. 4. ubi ait, poſt allatam fabulam de aſino, detrectante hordei comedere reliquias, quo ſaginatus porcus, Herculi deinde immolatus fuit:

Hujus reſpectu fabulæ deterritus
Periculoſum ſemper vitavi lucrum.

Et profecto tunc opulentiſſimum quemque a Tiberio variis criminationibus circumveniri ſolitum, non ipſe modo docet in ſequentibus, ſed & exemplis a *Svetonio* cap. 49 & *Tacito* VI. An. c. 19, aliiſque locis allatis comprobatur. Quemadmodum vero negligens fuit opum, ita ex adverſo gloriam ſectatus eſt, eam maxime, quæ eſt ex litteris doctrinaque. Ideo & de obtenta ea tantum non triumphat, in præf. lib. III ubi ait:

Ergo hinc abeſto livor, ne fruſtra gemas,
Quoniam mihi ſolennis debetur gloria.

Sic ab initio lib. v, *mihi parta laus est*. Quin imo tam præclare de se sentit, ut & aliis famam nominis ac immortalitatem dare posse scriptis crediderit. Inde ad Particulonem lib. V.

Particulo chartis nomen victure meis &c.

Litteras autem ipsas magno animi ardore est aggressus, & in illis eam partem maxime, quæ Poësis appellatur. Liquet vel ex eo quia puerum se etiam tractasse Ennium fatetur, & ex eo versum citat lib. IV, circa finem, ubi Ennium intelligit, cum ait:

Ego quondam legi quam puer sententiam;
Palam mutire plebeio piaculum est;
Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

Atque hinc fortasse factum, ut Æsopi fabulas versu potius, quam oratione prosa comprehenderet; de quibus amplius nunc aliquid dicendum. Scripsisse eas in ætate ultima ipse innuit non uno loco, pertinetque huc potissimum postrema, quæ in libro quinto est, fabella. Quin & tempus potest colligi quodammodo ex libri tertii prooemio, quo videlicet Sejanus pro arbitrio cuncta gessit sub Tiberio, suamque latissime potentiam exercuit. Ubi simul etiam causa scripti hujus aperitur. Calamitas nimirum certa & peculiaris, in quam odio & persecutione Sejani præcipitatus, fortunam, quia non licebat aperte, ob potentem adversarium, occulte saltem, & sub involucris fabularum exponere, depingendoque mores ejus ac flagitia, velut ultionem sumere de ipso, seque consolari sic

suscepit. Ita enim est intelligendus locus totus qui occurrit in prædicto proœmio.

. . . . Servitus obnoxia
Quia, quæ volebat, non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas transtulit,
Calumniamque fictis elusit jocis:
Ego porro illius semita feci viam,
Et cogitavi plura, quam reliquerat;
In calamitatem deligens quædam meam.

Secutus in plerisque est Æsopum, nisi quod interdum etiam historias admisceat, ut ex lib. III c. 10 & lib. V. c. 1. intelligitur. Sed & ex illis ipsis Æsopi, non omnino omnes, verum cum delectu eas saltem scribere suscepit, quæ servirent instituto, id est, vel Sejanum tacite arguerent, vel calamitatem propriam declararent. Ita statim ab initio affert fabulam de lupo & agno, quorum ille Sejani, hic Phædri speciem exhibere debet. Igitur & sic concludit eam:

Hæc propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis causis innocentes opprimunt.

Quibus verbis manifeste sortem suam deplorat, & Sejani crudelitatem significat. Nec fortassis aliud quid altera respexit fabula, quam ut hydro ingenium Sejani, quodque ipse animabat veluti, Tiberii exprimeret, eique opponeret patientiam, humanitatem, bonitatem Augusti, sub quo primum vixerat. Sed & tertia quartaque manifestum continent augurium de futuro Sejani casu: quem haud secus ac graculum omnes ob fastum intol-

lerabilem olim essent deplumaturi. Quod si eveniet, similem vult futurum cani, qui dum captat alia, ea etiam, quæ possidet, amittat. Nec fefellit Phædrum ista præsagitio, uti ex historia Sejani manifestum est. Verum istæc obiter, & tantum, ut ostendam caussas & occasiones harum fabularum. Quas intelliget etiam in cæteris, qui conferre ista tempora cum iis volet. Nam cohærent inter se pulcherrime, hocque fine sunt ab eo selectæ, sicut ipse lib. III c. 12, & IV, in procemio indigitat. Scripsit porro has fabellas stylo longe optimo ac latinissimo, ut plerique docti tradiderunt, quod ex testimoniis ipsorum alibi propositis apparet. Nam quod *Schoppius* in eo nescio quid Barbari ac Thracici subodoratur, id plane est ejusmodi, quale ejus, qui in *Tito Livio* deprehendit Patavinitatem. Itaque hucusque nemini ex doctioribus suam approbare potuit sententiam, nec credo unquam approbabit. Nos, qui & ipsi semel iterumque, ac cum cura Nostrum legimus, adeo nil invenimus istiusmodi, ut in plerisque *Virgilium*, in cæteris *Plautum*, *Terentium*, *Ovidium* imitatum esse opinemur, nec fallacibus argumentis exemplisque in *Notis* nostris demonstremus. Denique ipse longe aliter, quam *Schoppius* de his ad Particulonem.

. . . . chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit precium litteris.

Quasi diceret, se ita scripsisse has fabellas, ut si modo ullum precium manebit sermonis Latini,

propter eum in auctoritate ac existimatione sint futuræ. Nec ipsius solum fuit hoc judicium, sed Particulonis etiam, & aliorum, quippe qui & verba formulasque ejus ex libellis hisce ediscebant, scriptisque inserebant suis. Noster manifesta in præf. V.

Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui
Vestras in chartas verba transfertis mea,
Dignumque longa judicetis memoria.

Quanquam autem tanti fuerint æstimati hi libelli, vivo etiam adhuc auctore, tamen non magis ipsi, quam vulgo solent aliorum, evitare invidiam potuerunt. Alii habere quædam fatebantur bona, sed ea ex Æsopo mutuo accepta, cætera ut excogitata sint a Phædro, ita male esse ac inepta. Vide c. 20 lib. IV. Alii cum nil possent aliud, brevitatem & obscuritatem earum accusabant. Indicat id ipse lib. III. c. 10, ubi ait:

Hæc exsecutus sum propterea pluribus,
Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus.

Erant & qui argumenti vilitatem, & humilitatem styli ac orationis arguerent, sicuti ex lib. III c. 6 toto intelligitur. Denique qui nil horum audebant, vindicabant sibi, quod inventum erat a Phædro, invidia gloriæ alienæ. Hoc enim voluit toto cap. 13 lib. III, ut vel ex conclusione ejus liquet. Libellum primum, & secundum edidit sine dedicatione, cum nuda præfatione ad lectorem qualemcunque, eam secutus causam, quam in præcedentibus prodidimus. Invenerunt statim

amatores, interque alios Eutychum: cui propterea, & quoniam ad supplicium tractus fuit interim Sejanus, libellum tertium, &, quemadmodum conjicio, quartum: itemque, Particulonem, cui libellum quintum dedicavit. Eutychus vero ille ac Particulo qui fuerint, haud facile est dicere. Facit ipse Noster alterum gravibus crebrisque negociis occupatum, & potentem. Itaque & opem ejus contra æmulos ac inimicos, potissimum vero calamitatem, in quam innocens invidia Sejani venerat, implorat. Ac fortasse fuit quispiam ex libertis in Tiberiana aula, nam in talem convenit potissimum sermonis peregrini nomen. Fortuna Phædri reliqua quæ fuerit nonnihil patet ex superioribus. Primum in ætate puerili captus, Romamque ex Thracia deportatus, ibique ab hero suo, quocunque denique, ad consuetudinem illorum temporum, litteris imbutus fuisse videtur. In quibus cum non parum profecisset, accidit forte, ut in domum Augusti, vehementer doctos homines amantis, vocaretur. Ubi cum probasset suam fidem, elegantiam ingenii, morum probitatem, paulo post manumissus ac libertate donatus est. Id quod indicat vel titulus opusculi, in quo LIBERTUS CÆSA. AUGUSTI nominatur. Quem qui de Tiberio accipiunt, ut fit a Demsteio, & nonnullis aliis, mihi equidem haud satisfaciunt. Et mecum sentiunt ex eruditis plurimi, quos inter est Septimius Florens quoque. Mox Augusto defuncto, & Tiberio imperium administrante in-

cidit in calamitatem magnam, nulla sua culpa, sicut aliquoties testatur, verum odio Sejani, qui eum fictis criminibus accusaverat juxta, &, ut fuit potentissimus, damnari fecerat. Ita enim docent verba ejus, quæ leguntur in præfat. lib. III. Nec fortassis tam obscuri tituli sunt criminationis ejus, ut videntur, si bene reputamus, quod versatus fuerit in domo Augusti, ab ipso clementer habitus, in libertatem restitutus. Id enim absque dubio fuit causa, cur Augustum primo, & mox eo defuncto posteros illius amaret coleretque. Quos inter cum extiterit primum Agrippa, & deinde Germanicus, non potuit profecto deesse ratio Sejano criminandi nostrum apud invidentem atque suspicacem principem Tiberium. Tulit autem hanc calamitatem magno animo, & remedium adversus eam petiit ex litteris. Nec defuere amici, qui eum solarentur, & promitterent suam opem. Inter quos Eutychus præcipue, quem propterea ad solvenda promissa fine lib. IV sedulo adhortatur. Quando diem suum obierit, ignotum est. Saltem post Sejanum vixit, quod apparet ex iis, quæ de ipso tradit. Nec enim verisimile, fuisse scripturum vivo Sejano talia, cum & post obitum illius extiterint, qui hominem metuerent: Periit porro Sejanus Anno Tiberii decimo octavo, a quo ad Consulatum Julii solitarium, quo Romam venisse noster videtur, anni circiter sunt septuaginta, ut septuagesimum superasse annum ætate sua sit necesse, ac propterea nec videri possit mirum, totiens de senectute sua conqueri.

LA VITA
DI FEDRO
COMPOSTA
DA GIOVANNI SCHEFFERO.

Fedro, cui pochi ricordano appresso gli Antichi, nacque se non prima, almeno sotto Augusto. Emolo fu certamente di Virgilio, e di Ovidio, i quali entrambi sotto Augusto fiorirono. Anzi fa menzione egli stesso d' Augusto, come di quello, sotto cui visse, e di cui osservò alcune imprese. Imperocchè avendo egli premesso nel lib. III. Cap. II: narrabo tibi, memoria quod factum est mea: *soggiunge:* a Divo Augusto tunc petiere judices. *Fu trace di patria, come egli addita nella Prefazione del lib. III v. 55 con queste parole:*

. . . . . lascerò, che neghittoso
Sonno a' miei Traci un giusto onor rapisca?
Nè il primo già sarò, che vantin essi
Fra' dotti spirti: ebbero un Lin d'Apollo,
Ed Orfeo delle Muse illustri germi.

Ma trattan altri questo argomento. Ella è cosa più degna di osservazione, che sembri nato sul monte Pierio, il quale gli Antichi credevano la sede, e il domicilio delle Muse. Perocchè nel detto luogo si esprime così:

Io, che pur nacqui sull' Aonio giogo,

U' diè alla luce l'alma Dea Mnemofine
Di nove figlie il nobil Coro a Giove.

Vedi infieme come già si pensò, che le Mufe foffero venute a luce fu quefto monte, onde nacque l'opinione, che vi alloggino. Strabone nel lib. X. Per la cantilena, e i numeri, e gli ftromenti molto fi apprezza tutta la Mufica della Tracia, e dell' Afia. Lo che fi manifefta, perchè ivi i luoghi vi fono, ne' quali fi dice abitar le Mufe, come in lor feggio. Imperocchè il Pierio, il Pimpla, il Libetro furon un tempo montagne, e ragioni della Tracia. *Così quefto paffò io trafporto, il qual fembra aver Cafaubono traslato con un poco d'ofcurità. Perchè appunto fono le Mufe le Dee dell'arti tutte, e delle lettere, Fedro dopo le fummentovate parole foggiunfe:* ove i natali in certa guifa io traffi. *Non ci confta quali aveffe genitori. Almeno poichè nacque in Tracia, fu egli Trace, creder fi può, che non foffe di fervil condizione, e che piuttofto per accidente, che per forte fia divenuto fervo; nè conviene con P. Piteo chiamarlo Libertino d'Augufto, ma piuttofto Liberto. Del refto non è cofa facile il dire qual fia ftato quell'avvenimento. Se non fe forfe fi voglia da Svetonio indovinare, allor che fcrive del Padre di Ottavio Augufto cap.* 3 che sbaragliò con gran rotta i Beffi, e i Traci, *Ha potuto fuccedere allora, anche cogli altri prigionieri fi conduceffe a Roma. Che fe alcuno ciò ammette, egli è duopo ftendere la prima età di Fedro a*

Giulio ancora, quando la mentovata guerra s' intraprese in quel tempo, nel quale Cesare solo sostenne il Consolato, e Q. Cicerone governò l' Asia. Nè grande ostacolo forse incontra questa opinione, facendo Fedro sovente singolar menzione della sua vecchiezza ne' tempi di Sejano. Pare che avesse una indole amante della probità, e della onestà; e lo dimostrano tante eccellenti sentenze, che ci si offrono in questa operetta. Che anzi si sforzò spronar seco gli altri al coltivamento della virtù, come ci appalesa nella Prefaz. Lib. II. *Qui pure appartiene ciò che ha nello stesso libro sopra la nazione de' faccendoni, la quale molto affaticandosi nulla fa:*

E' difficil l' impresa: pur m' accingo

Con non finto racconto ad emendarla.

Nè pertanto si deve credere, che fosse fastidioso, ma dolce ed allegro, come consta singolarmente dal Lib. IV *cap.* 13, 14 *e* 16. *Disprezzò mai sempre le ricchezze, e il danaro con animo sublime e generoso, come afferma egli di se nel lib.* III, *dove scrive* curam habendi penitus corde erasisse. *Allor massimamente si rese tale, che osservò quanto a' suoi tempi fosse l' oro a molti di rovina, il che accenna nel lib. V. fav.* 4 *dove dice, dopo la favola dell' asino ritroso a manucare gli avanzi dell' orzo, col quale un majale ingrassato fu quindi ad Ercole reso vittima:*

Ecco i rischiosi lucri perch' io fuggo.

E per verità che si accostumasse allora da Tiberio allacciare con moltiplici accuse qualsivoglia

più ricco, non solo egli lo insegna nelle seguenti favole, ma da Svetonio *cap.* 49 *e da* Tacito *VI. An. c.* 19, *e da altri passi si comprova. Ma siccome fu sprezzator delle ricchezze, così per l' opposito cercò la gloria, quella singolarmente, che dalle lettere, e dalla dottrina ne deriva. Perciò del di lei acquisto solamente non trionfa nella prefaz. del lib.* III, *dove dice*:

Dunque sen parta Invidia: ella in van piagne.
Di chiara lode è degno il mio lavoro.

Parimente nel principio del Lib. V. assai di lode ottenni. *Che anzi ebbe di se stesso sì preclara opinione, che pensò poter compartir co' suoi scritti ad altri la fama, e l' immortalità del nome. Quindi a Particolone Lib. V.*

Per il che, mio compagno dabbenissimo,
Nome, che vita avrà ec. . . . .

Però si applicò con gran fervore di spirito alle lettere, e tra esse a quella parte singolarmente, che si chiama Poesia. Consta da ciò pure ch' egli confessa di aver da fanciullo conversato con Ennio, e cita un di lui verso lib. IV sul fine, dove intende parlar d' Ennio, allorchè dice:

Lessi fanciul cotal sentenza: *In pubblico*
Far motto a un uom di vulgo è di periglio.
Fissa in mente starà, fin ch' avrò senno.

E quindi forse adivenne, che comprendesse egli le favole d' Esopo in verso piuttosto che in sciolta orazione, delle quali alcuna cosa dir si deve al presente. Egli accenna in più luoghi di averle scritte

nell' estrema età, e quì si riferisce singolarmente l' ultima favola, che si trova nel libro quinto. In certo modo si può pur anche raccogliere dal proemio del libro terzo il tempo, in cui Sejano tutto operava a suo capriccio sotto Tiberio, ed esercitò in ogni parte il suo potere. Dove insieme viene a luce la cagione di questo scritto; cioè una certa, e particolar calamità, nella quale precipitato per odio e persecuzione di Sejano, perchè non gli si permetteva apertamente a motivo del potente avversario, intraprese a descrivere almeno di soppiatto le avventure, e sotto il manto delle favole, e col dipingere i di lui costumi, e sceleraggini, quasi per prendersi vendetta, e per consolar se medesimo. Così deve intendersi tutto il passo, che si appresenta nel predetto proemio.

. . . . . Per iscoprire
Ciò, che 'n palese un servo non ardio,
(Sì di sua sorte il fan cauto i perigli)
I sensi suoi in favole rinvolse,
E al livor con novelle si sottrasse.
Il varco aprimmi Esopo: io dietro a lui
Più di ciò, ch' egli scrisse, inventar seppi,
Da cui la parte scegliere mi piacque,
Che sembrommi più acconcia a mia sventura.

Seguitò per lo più Esopo, se non che talvolta vi mesce delle storie, come dal Lib. III c. 10, e lib. V c. 1 si comprende. Ma tra quelle di Esopo non tutte affatto, bensì quelle almeno intraprese a scrivere con scelta, le quali servissero all' ogget-

to, cioè o segretamente riprendessero Sejano, o manifestassero la propria sventura. Così subito sul bel principio reca la favola del Lupo, e dell' Agnello, tra quali quello rappresentar deve l' imagine di Sejano, questo di Fedro. Adunque in tal guisa la conchiude:

A colui s' indirizza il mio racconto,
Che con falsi pretesti i buoni opprime.

Colle quali parole deplora palesamente la sua sorte, e indica la crudeltà di Sejano. Nè forse altro riguardò l' altra favola, che esprimere col serpente l' indole di Sejano, e attribuire ciò che animava, a Tiberio, e contrapporre a lui la tolleranza, l' umanità, la clemenza di Augusto, sotto di cui era dapprima vissuto. Ma la terza e la quarta contengono un manifesto augurio della futura disgrazia di Sejano, cui non altrimenti che un garrulo corvo erano tutti per ispenacchiare pel di lui insoffribile fasto. Che se ciò avverrà, vuol che sia per divenire somigliante al cane, il qual mentre afferra l' altrui preda, perde quella, che possiede. Nè questo presaggio di Fedro andò fallito, come si rende manifesto dalla Storia di Sejano. Ma queste cose di passaggio, e soltanto perchè io dichiari le cause, e le occasioni di queste favole; le quali intenderà ancor nel resto chi vorrà questi tempi con quelle paragonare. Perocchè si combinano tra loro a maraviglia bene, ed a tal fine vengono da lui trascelte, com' egli indica nel lib. III cap. 13 e cap. 4 nel proemio. Scrisse

poi queste favole con stile più che ottimò, ed assai latino, come molti dotti ci tramandarono, il che dalle loro testimonianze recate altrove si deduce. Imperocchè, che Scoppio in lui annasi un non so che di Barbaro, e di Tracio, ciò va del pari con chi scopre in Tito Livio la Padovanità. Pertanto finora non potè farsi approvar per buona da alcuno de' più Dotti la sua opinione, nè pensò ritroverà approvatori. Noi che noi stessi più volte, e coll' ajuto de' nostri l'abbiam letto, tanto nulla vi abbiam ritrovato di somigliante, che nella maggior parte siamo di parere, che imitato abbia Virgilio, nel resto Plauto, Terenzio, Ovidio; nè con fallaci argomenti, ed esempj nelle note lo dimostriamo. Finalmente egli di gran lunga altrimenti, che Scoppio a Particolone:

Nome, che vita avrà; finchè alcun pregio
Alle latine lettere rimanga.

Quasi dicesse, ch' egli scrisse in tal guisa queste favole, che se pur qualche decoro rimarrà del Latino idioma, otterranno per esso autorità, ed estimazione. Nè questo fu parere di lui solo, ma pur di Particolone, e d' altri, come coloro che imparavano da questi libricciuoli le di lui parole, e formole, e ne' loro scritti le inserivano. Apertamente il nostro nella Pref. V.

Che tu, ch' altri a te eguale, ne' suoi scritti,
Le mie baje frammetta, e degno m' abbia
Di lunga fama; assai di lode ottenni.

Benchè siano questi libbricciuoli saliti a sì gran

pregio, cionnondimeno, essendo ancor vivo l' Autore, essi non meno che generalmente le opere degli altri non poteron sottrarsi all' invidia. Alcuni confessavano, che avevano dei pregi, ma da Esopo presi in prestanza, il resto come stato da Fedro imaginato, così essere mal concio, ed inetto. Vedi c. 20 lib. IV. Altri non potendo altro, accusavano la brevità, e l' oscurità. Egli stesso lo dinota lib. III c. 10 ove dice:

Prolisso esser quì volli oltre al costume,
Perchè il mio breve dir taluno offende.

V' erano di quelli, che riprendevano la viltà dell' argomento, e la bassezza dello stile, come dal lib. III c. 6 s' intende. Coloro infine, che ciò non osavano, per invidia dell' altrui gloria a se stessi attribuivano ciò ch' era ritrovamento di Fedro. Volle invero di ciò instruirci tutto il cap. 13 lib. III, come consta dalla di lui conclusione. Diede a luce il primo, e secondo libro senza Dedica con una semplice Prefazione a qualsivoglia leggitore, secondando quel motivo, che già fu avanti dichiarato. Ritrovaron subito degli amatori, e tra gli altri Eutico, a cui perciò, essendo intanto tratto Sejano al supplizio, dedicò il libro terzo, e, come io conghietturo, ancora il quarto; e del pari Particolone, cui fece dedica del libro quinto. Non è cosa facile il dire chi fossero quell' Eutico, e Particolone. Il nostro Poeta ci descrive uno di loro da gravi, e frequenti affari distratto, e potente. Pertanto implora il lor braccio contro

gli emoli, e nemici, in ſingolar modo per la calamità, nella quale era caduto per livor di Sejano. E per avventura egli fu alcuno de' Liberti dalla Corte di Tiberio, poichè ben gli quadra il nome particolarmente d'uno ſtraniero linguaggio. Qual ſia ſtata la ſorte in avvenire di Fedro, ſi manifeſta alquanto dalle antecedenti. Sembra dapprima che ſia ſtato preſo nell' età fanciulleſca, e dalla Traccia a Roma traſportato, ed ivi dal ſuo padrone in ogni genere di Letteratura erudito, ſecondo il coſtume di que' tempi. Nella quale molto approfittandoſi, accadde per ſorte, che veniſſe chiamato nella caſa d' Auguſto degli uomini dotti amator grandiſſimo. Dove ſperimentata avendo la di lui ſede, l' eleganza dell' ingegno, e la probità, poco dopo fu emancipato, e reſo in libertà. Ciò che dinota lo ſteſſo titolo dell' opuſcolo, in cui ſi denomina Liberto di Ceſare Auguſto. *Nè punto mi ſoddisfanno quelli che ciò intendono di Tiberio, come ſi fa da Demſtero, e da qualch' altro. E ſono meco di parere moltiſſimi eruditi, tra quali v' è pure Settimio Fiorente. In appreſſo, morto eſſendo Auguſto, e imperando Tiberio, incappò in una grande diſavventura, ſenza ſua colpa, ſiccome afferma talora, ma per odio di Sejano, il quale lo aveva accuſato di finti delitti, e fatto condannare, come colui ch' era di ſoverchio potente. Così c' inſegnano le ſue parole, che ſi leggono nella Prefazione del Lib. III. Nè forſe tanto oſcuri ſono i titoli del di lui delitto, come ſembra-*

no, se pensiam bene, che dimorò nella casa d'Augusto, fu da lui trattato con clemenza, rimesso in libertà. Questo fu senza dubbio il motivo, per cui dapprima amasse e riverisse Augusto, e quindi i di lui posteri dopo la morte del Medesimo. Tra quali essendo in prima Agrippa, e quindi Germanico, non potè per verità mancar ragione a Sejano di accusar il nostro Poeta presso Tiberio Principe dominato dall' invidia, e dal sospetto. Sopportò questa disgrazia con gran coraggio, e dalle lettere ne ricercò la medicina; nè mancaron amici, che lo sollevarono, e gli promisero il loro ajuto. Tra quali si segnalò Eutico, cui perciò nel Lib. IV con impegno esorta a mantener la promessa. Non si sa quando terminò i suoi giorni. Visse almeno dopo Sejano; il che appare da ciò, che di lui ci tramanda. Nè par verosimile, che fosse per scrivere siffatte cose in vita di Sejano, essendovi dopo la morte stati di quelli, che lo temevano. Morì Sejano nell' anno decimo ottavo di Tiberio, dal quale al Consolato solitario di Giulio, in cui sembra, che il nostro Poeta venisse a Roma, vi sono circa settant' anni, onde è mestieri che oltrepassasse l' anno settuagesimo d' età, e perciò non deve sembrar maraviglia, che tante volte di sua vecchiezza si querelasse.

INDEX
FABULARUM
PHÆDRI.

INDICE
DELLE FAVOLE
DI FEDRO.

FINIS.

FAVOLE

DI

FEDRO.

A

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER PRIMUS.



PROLOGUS.

Æsopus auctor quam materiam repperit,
Hanc ego polivi verſibus ſenariis.
Duplex libelli dos eſt: quod riſum movet,
Et quod prudenti vitam conſilio monet.
Calumniari ſi quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum feræ,
Fictis jocari nos meminerit fabulis.

Phædri. Phædrus natione Thrax, Auguſti Libertus floruit præſertim ſub Tiberio, eoque imperante, ſcripſit fabulas has, vel harum plures, in quibus Sejani mores carpit.

Augusti Liberti. Liberti aliqua ſcientia clari nomen Domini ſui, a quo manumiſſi eſſent, ſemper apud antiquos operibus ſuis præfigebant, eoque ſe gratos erga Dominos reddebant.

Æsopiarum. Omnes fabulæ communiter dictæ *Æſopiæ*, quoniam in conventibus frequenter fabulis uti ſolebat Æſopus. Theo Sophiſta *Αἰσωπίους λόγους* dixit, & Aphthonius *Αἰσώπιον μῦθον*. *Hoogſtratanus*. Præter Fabulas Æſopias fuere Cypriæ, Libycæ, Sybariticæ. V. Aphthonium init. Progymn. & Iſid. l. 1. Orig. c. 9. *Jac. Facciolatus*.

1. Æsopus. Fabulator e Phrygia a quo aliorum fabulæ etiam nomen acceperunt. Quo ſpectant Phædri verba prol. lib. v.

Quas Æſopias, non Æſopi nomino.

DELLE FAVOLE

DI

F E D R O

LIBERTO D'AUGUSTO

LIBRO PRIMO.



PROLOGO.

In metro umil, nè a dure leggi avvinto,
Ciò, ch' Esopo inventò, pulır mi piacque.
Ha doppio pregio il libricciuol: diletta,
E con saggio consiglio il viver regge.
Se alcun mi rechi a biasmo, che le piante,
Non che le Fiere abbia a parlar indotto;
Che son finti gli racconti gli sovvenga.

2. SENARIIS. Jambicis senariis, ideſt, trimetris.

6. *Arbores*. Pluſcula Phædri noſtri intercidiſſe jam olim recte conjecerunt viri docti: quod deinceps probavit vir illuſtriſſimus Marquardus Gudius, qui in notis ſuis ad hunc auctorem non ſolum fabulam de Arboribus loquentibus profert, ſed & alias e tenebris eruit.

7. FICTIS. Non inepte vox illa *fictis* additur. *Fabula* enim ex earum vocum numero eſt, quæ verum & falſum ſignificant, unde infra legitur, *vera fabella* lib. 2. fab. 5. Et apud Græcos μῦθος pro fabula falſa & vera uſurpatur: inter quos apud Homerum pro vero ſermone ſumitur. Quare proverbium, quod apud Terentium eſt: *Lupus in fabula*, apud Plautum ſic concipitur: *Lupus in ſermone*. Cicero Accuſ. 3. in Verrem c. 78. *Non me fugit, Judices, vetera exempla pro fictis fabulis jam audiri atque haberi*. Sed & idem in l. de Officiis, & alibi fictas & commentitias fabulas dixit.

FABULA I.

LUPUS, ET AGNUS.

AD rivum eundem Lupus & Agnus venerant
Siti compulſi: ſuperior ſtabat Lupus,
Longeque inferior Agnus: tunc fauce improba
Latro incitatus jurgii cauſam intulit.
Cur, inquit, turbulentam feciſti mihi
Iſtam bibenti? Laniger contra timens,
Quî poſſum, quæſo, facere quod quereris, Lupe?
A te decurrit ad meos hauſtus liquor.
Repulſus ille veritatis viribus,
Ante hos ſex menſes male, ait, dixiſti mihi.
Reſpondit Agnus: Equidem natus non eram.
Pater hercle tuus, inquit, maledixit mihi.
Atque ita correptum lacerat injuſta nece.
  Hæc propter illos ſcripta eſt homines fabula,
Qui fictis cauſſis innocentes opprimunt.

2. SUPERIOR. Propius fontem, unde aqua ſcaturiebat.

6. ISTAM. Aquam nempe, demonſtrative. Sic loquebantur veteres. Ter. Heaut. 3. 1. *Luceſcit hoc jam. Hoc* ita ſumtum cœlum ſignificat.

LANIGER. Agnus, quod lanam gerat. Ita ſolent loqui poetæ: Avienus *auritus* dixit pro lepore. Sic noſter *auritulus* etiam pro aſino, *latrans* pro cane, *barbatus* pro hirco. Apud alios *cornuti* vel *mugientes* eſt pro bobus: *volantes* pro avibus: *balantes* pro ovibus: *natantes* vel *ſquamigeri* pro piſcibus. Quæ omnia longum eſſet recenſere.

QUOD QUERERIS. Queri aliquam rem dicitur cum aliquo, de aliquo, & apud aliquem.

10. HOS. Hos proxime præceden-



F A V O L A I.

Il Lupo, e l'Agnello.

A un rio medesmo, dalla sete spinti,
L' Agnello, e 'l Lupo eran venuti. Il Lupo
Al fonte più vicin; da lunge assai
Bevea l' Agnello: allor che ingorda fame
Punse il ladron a ricercar tal rissa:
Perchè l' acqua, a lui dice, osi turbarmi?
L' Agnel tremante: intorbidar poss' io
L' onda, che dal tuo labbro al mio trascorre?
Quegli vinto dal ver: ma tu, suggiugne,
Fin da sei mesi con acerbi motti
M' oltraggiasti: io non era allora nato,
L' Agnel risponde. Sì, riprende il Lupo;
Ma ben tuo Padre villanie mi disse.
Così l' addenta, e ne fa ingiusto scempio.
A colui s' indrizza il mio racconto,
Che con falsi pretesti i buoni opprime.

tes. Ad eundem modum Terent. Eun. 2. 3. 39.
Illum, liquet mihi dejerare, his mensibus
Sex septem prorsum non vidisse proximis.
Male, ait, dixisti. Tmesis elegans. Catullus Epigram. XCIII.
Lesbia mi dicit semper male, nec tacet umquam
De me.
Et sic frequenter apud alios Poëtas.
12. Hercle. Formula jurandi per Herculem, viris tantum non fœminis conveniens. Ita vult Gellius. Sed eam legem transgreditur Apulejus, Scriptor profectò non vilis. Qui & initio Apologiæ suæ habet, quæ facere huc possunt.



FABULA II.

RANÆ REGEM PETENTES.

ATHENÆ cum florerent æquis legibus,
Procax libertas civitatem miſcuit,
Frenumque ſolvit priſtinum licentia.
Hinc conſpiratis factionum partibus,
Arcem tyrannus occupat Piſiſtratus.
Quum triſtem ſervitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, ſed quoniam grave
Omne inſuetis onus, & cœpiſſent queri;
Æſopus talem tum fabellam rettulit.
Ranæ vagantes liberis paludibus,
Clamore magno regem petiere a Jove.
Pater Deorum riſit, atque illis dedit
Parvum tigillum, miſſum quod ſubito vadi
Motu ſonoque terruit pavidum genus.
Hoc merſum limo quum jaceret diutius,
Forte una tacite profert e ſtagno caput,
Et explorato rege cunctas evocat.
Illæ timore poſito certatim adnatant,
Tignumque ſupra turba petulans inſilit:
Quod quum inquinaſſent omni contumelia,
Alium rogantes regem miſere ad Jovem,
Qui diſſolutos mores vi compeſceret,
Inutilis quoniam eſſet qui fuerat datus.
Tum miſit illis Hydrum, qui dente aſpero
Corripere cœpit ſingulas. Fruſtra necem
Fugitant inertes; vocem præcludit metus.

FAVOLA II.

Le Rane che chiedono un Re.

Retta storia da giuste leggi Atene:
Allor che troppo libera licenza
Sconvolse la Città; finchè del retto
Santo primier costume il fren le tolse.
Nè guari andò, che fazion s' uniro,
E fer Signor Pisistrato; la grave
Servitù i Cittadin piangendo indarno:
Non già perchè crudel fosse costui;
Ma chi avvezzo non è, mal soffre il giogo.
Raccontò questa novelluccia Esopo.
Sciolte da servitude eran le Rane,
Quando d' aver un Re vogliose, a Giove
Con tai grida il richieser, ch' e' ridendo,
Un picciol Travicello ad esse invia.
Lo strepito, che fa nell' improvviso
Cader, sgomenta il pauroso gregge.
Ma poichè lungo tempo impantanato
Giaceva, dallo stagno chetamente
Una alza il capo, il mira, e l' altre aduna,
E mostra il Re: corronvi sopra a gara,
E dopo aver alle lordure antiche
Altre più sozze aggiunte; ambasciatori
Spediro a Giove, tal Sovran chiedendo,
Che colla forza i rei costumi affreni,
Se quello far nol puote. Immantinente
Lor manda Giove un Idro, ch' allo stagno
Giunto appena, le ingoja ad una ad una.
Vorrian fuggire, ma il timor le arresta,
Nè dà lor campo ad implorar mercede.

Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Jovem,
Adflictis ut succurrat. Tunc contra Deus:
Quia noluistis vestrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte. Vos quoque, o cives, ait,
Hoc sustinete, majus ne eveniat malum.

1. ATHENÆ. Urbs Græciæ spectatissima, & magni nominis, utpote quæ erat sedes potentissimæ Reip. ac præstantissimarum qnarumque artium parens. Hic pro Atheniensibus per metonymiam.

ÆQUIS. A Solone sapiente latis, quibus cives erant æquales, & æquali jure continebantur, ut in Democratia solet fieri.

2. MISCUIT. *Miscere* recte usurpatur de mixtura partium inconvenienti per turbas & seditiones. Valet ergo, Remp. conturbavit. Nepos Pausania: *Plurima miscere cœpit*, i.e. seditiose moliri. Livius l. 35. *Ætoli agitandum aliquid miscendumque rati*.

4. CONSPIRATIS. Passive sumitur, & intelligitur de iis, qui in unum collecti & conflati sunt. Vid. Voss. de Arte Grammat. lib. 4. cap. 13. Nam *conspirare* proprie est in spiram colligere. Metaphora ducta a serpentibus, qui in spiram & circulum se concludunt. Atque ita & pro consentire sumitur.

5. ARCEM. Non tantum ἀκρόπολιν, sed Remp. invadebat. *Arx* igitur hoc loco significat dominationem, per Metonymiam. Scilicet quod qui Remp. tyrannus invadebat, ante

FABULA III.

GRACULUS SUPERBUS, ET PAVO.

NE gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,
Æsopus nobis hoc exemplum prodidit.
  Tumens inani Graculus superbia
Pennas, Pavoni quæ deciderant, sustulit,
Seque exornavit: deinde contemnens suos,
Formoso se Pavonum immiscuit gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt avi,
Fugantque rostris. Male mulcatus Graculus
Redire mœrens cœpit ad proprium genus;

A Merurio commetton di nascoso
Che chiegga pietà a Giove: ma il gran Padre
Poichè un Re buono, dice, vi dispiacque,
Abbiatene un crudele. E voi ancora
Il Tiranuo soffrite; un mal più grave
Se nol soffrite, Cittadin, v' aspetta.

omnia arcem occuparet; hinc factum est ut arcem occupare pro Remp. invadere dixerint.

5. Pisistratus. Hippocratis fuit filius, qui ex cive privato Athenis summam potestatem invaserat. Vide Just. 2. 8 6.

13. Parvum tigillum. Ut rem minimam minorem faceret, addidit parvum. Ita Terent. in Andr. *minutos* dixit *pisciculos*, & Cæsar *parvam naviculam*, Gellius quoque *aviculam parvulam*.

18. Posito. Deposito.

21. Misere. Ablegarunt aliquas, quæ hanc petitionem earum deferrent ad Jovem.

25. Corripere. Fab. 1.

Atque ita correptum lacerat injusta nece.

Ibi de lupo, hic proprie de serpente. Proper. lib. 3.

Ille sibi admotas a virgine corripit escas.

27. Mercurio. Jovis & Majæ filio, Deorum legato. Recte ergo ranæ Mercurio dant mandata ad Jovem.

30. Ait. Æsopus videlicet ad Athenienses.

FAVOLA III.

La Cornacchia superba, ed il Pavone.

Per insegnarci, anzi ch' ambir l' altrui,
De i ben, che 'l Ciel ci diede, ad esser paghi,
Di tal esempio Esopo ci provvide.
Una Cornacchia follemente altera,
D' alcune piume ad un Pavon cadute,
S' adorna; e, le Cornacchie avute a vile,
Fra' Pavon si frammischia. Alla sfacciata
Essi svelgon le penne, e sì co' rostri
L' inseguon, che mal concia, e in van gemente,

A quo repulsæ triſtem ſuſtinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius deſpexerat:
Contentus noſtris ſi fuiſſes ſedibus,
Et quod natura dederat voluiſſes pati,
Nec illam expertus eſſes contumeliam,
Nec hanc repulſam tua ſentiret calamitas.

2. HABITU. Habitus deſignat hic ſtatum, ſeu vivendi ordinem & modum.

4. TUMENS. Hinc natum proverbium: *alienis plumis ſe exornare*. Horat. Epiſtol. lib. 1. Ep. 3.

Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula riſum
Furtivis nudata coloribus.

9. MALE MULCATUS. Contumelioſe exceptus. Terent. Eun. 4. 7. 4 *Male mulcabo ipſam.*

11. REPULSÆ. Ita legit Jac. Tollius, cui non poſſumus non aſſentiri, præcipue cum non refragentur ductu literarum. *Repulſæ* enim facile abire potuit in *repulſus*: quod ſi retineatur, nihil opus eſt addi *triſtem notam*. Significantius multo *nota repulſæ*: quod & confirmatur verſu ultimo, ubi eadem vox:

Nec hanc repulſam tua

FABULA IV.

CANIS PER FLUVIUM CARNEM FERENS.

AMITTIT merito proprium, qui alienum adpetit.
Canis, per flumen carnem dum ferret natans,
Lympharum in ſpeculo vidit ſimulacrum ſuum:
Aliamque prædam ab alio ferri putans,
Eripere voluit: verum decepta aviditas,
Et, quem tenebat ore, demiſit cibum,
Nec quem petebat adeo, potuit adtingere.

2. CANIS. Tale exemplum videri poteſt in Perdicca, duas ſimul uxores quærente; unde neutram obtinuit. Adi Juſtinum l. 13. c. 6., & vide quid idem referat de Demetrio Syriæ rege. Huc quoque pertinet fabula de Camelo, qui cornua affectans, etiam aures perdidit. Sed & Cures ut ad hiſtorias revertamur) Pacinacorum princeps Moſcorum ducem Stoslaum inſidiis exceptum interfecit, & ex cranio ejus poculum fieri curavit, cui hæc verba inſcripta fuere: QUÆRENDO ALIENA, PROPRIA AMISIT. Vid. & Camerar. fab. 171. & Faernum Edi-

Ver le antiche compagne il volo indrizza,
Ove acerba sostiene acre ripulsa.
Una di quelle allor, ch' avea sprezzate:
Spiacerti non dovean nostri abituri,
Nè a sdegno aver ciò che ti diè natura.
Così sfuggita quella beffa aresti,
Nè accorar ti potrebbe or la ripulsa,
Che schernita ti rende, ed infelice.

sentiret calamitas.

NOTAM. Ignominiam. Locutio est deducta a notis censorum, quia censores olim lustrabant omnium civium vitas. Si jam alicujus vitam parum honestam inveniebant, ad nomen ejus notam faciebant. Hinc quia nota hæc signum erat infamia, nota pro ipsa infamiæ posita est. Inde est, notam alicui inurere, pro infamare.

14. PATI. Contentus esse eo, quod natura dederat.

16. CALAMITAS. Tu jam calamitosus, seu calamitatem passus. Sic Fab. 5. *Improbitas* sumitur pro improbo.

FAVOLA IV.

IL CANE CHE PORTA LA CARNE PER LO FIUME.

BEN è ragion, che 'l suo perda colui,
Che l' altrui di rapire avido agogna.
Con carne in bocca a nuoto per un fiume
Passava un Cane. La fallace immago,
(Che forman l' acque) a credere l' induce,
Ch' altro Can v' è con altra Carne in bocca.
Tenta rapirla; ma riman l' ingordo
Deluso: l' afferrata a lui s' invola,
Nè l' altra, cui bramò, toccar poteo.

tion. Amstel. pag. 105.

3. SIMULACRUM. Umbram, effigiem.

4. ALIAMQUE. Si versus sic constituatur, *m* in *prædam* non eliditur, Nec video, cur sit sollicitandus. cum vetustissimi poetæ ita fecerint. Ennius x. Ann.

Insignita fere tum millia militum octo.
Et sic alii.

5. DECEPTA. Canis aviditate deceptus. Metonymia.

7. NEC QUEM. Multi, etiam elegantis ingenii homines, non vident dimensionem hujus versus. Mihi res plana videtur, si tertia sede sit anapæstus. Nempe in voce *adeo* Synecphonesis est vel Synizesis: qualis in Virgiliano versu:

FABULA V.

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO.

NUNQUAM est fidelis cum potente societas.
Testatur hæc fabella propositum meum.
Vacca & Capella, & patiens Ovis injuriæ,
Socii fuere cum Leone in saltibus.
Hi quum cepissent cervum vasti corporis,
Sic est locutus partibus factis Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo;
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia:
Malo adfligetur, si quis quartam tetigerit.
Sic totam prædam sola improbitas abstulit.

1. NUNQUAM. Vid. Faerni fab. p. 4. & quæ congessit Axenius. Et si exempla cupis, quæ ex usu sint, adi Mich. Piccartum Decad. 13. cap. 9.

3. PATIENS. *Patiens injuriæ* & *patiens injuriam* sic distinguunt Grammatici, ut *patiens injuriam*, sit, qui jam patitur; *patiens injuriæ*, qui pati adsuevit. Vide Voss. de Arte Gramm. lib. 7. cap. 9.

7. NOMINOR QUIA LEO. Temere producitur ultima in *quia*, quæ na-



Seu lento fuerint alvearia vimine texta.
Ubi *alvearia* quatuor est syllabarum. Ita apud eundem *eodem* vox est dissyllaba:

Uno eodemque tulit partu, paribusque revinxit
Serpentum spiris.
Adeo ut non audiamus hic Barthium putantem *potuit* esse dissyllabum.

FAVOLA V.

La Vacca, la Capra, la Pecora, ed il Leone.

Chi di forza preval, la fè non serba;
E ben chiaro il dimostra il mio racconto.
A una Vacca, a una Capra, e ad una Pecora,
(Che, più ch' altro animal, le ingiurie soffre)
Ne' boschi a caccia d' un Leon compagne,
Rimase un pingue annoso Cervo in preda.
Ne fa il Leon le parti, e sì soggiugne:
Prendo, poichè son Re, la prima; l' altra
E' mia, perchè son forte; anche la terza,
Se v' avanzo in valore, a me si debbe.
S' alcun poi contrastarmi osi la quarta,
Fia, che sciagura incontri. In cotal guisa
Lo sleal tutto il Cervo a se destina.

tura brevis est, quam Phædri licentiam mirari subit. Corripit certe mox bis,
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia.

9. Me sequetur. Mea erit.
11. Improbitas. Sic præcedenti fabula est *aviditas*. Metonymia.



FABULA VI.

RANÆ ADVERSUS SOLEM.

VICINI furis celebres vidit nuptias
Æſopus, & continuo narrare incipit:
Uxorem quondam Sol cum vellet ducere,
Clamorem Ranæ ſuſtulere ad ſidera.
Convicio permotus quærit Jupiter
Cauſam querelæ: quædam tum ſtagni incola,
Nunc, inquit, omnes unus exurit lacus,
Cogitque miſeras arida ſede emori:
Quidnam futurum eſt, ſi crearit liberos?

1. CELEBRES. Ad quas multi convivæ & vocati erant & convenerant. Nam *celebres* ſignificat *celebratas*, i. e. frequentatas. Et *celebrare* eſt frequenter adire. Sic *celebris via*, quæ frequenter a multis teritur & frequentatur, & *celebris locus*, pro quo & *celebritas*.

5. CONVICIO. Vociferatione, vel clamore, quod præceſſit. *Convicium*, quod ſecundam producit, dicitur a conjunctione vocum.

6. STAGNI INCOLA. Rana, ab incolendo ſtagno.

FABULA VII.

VULPES AD PERSONAM TRAGICAM.

PERSONAM tragicam forte Vulpes viderat.
O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet!
Hoc illis dictum eſt, quibus honorem, & gloriam
Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit.

1. PERSONAM. Larvam, qua actores in ſcena vultum & caput obtegebant, ut ſic melius perſonam quamlibet ſuſtinerent.

4. SENSUM Judicium, intellectum, qualem communiter de rebus homi-

FAVOLA VI.

Querele delle Rane contro il Sole.

D'un vicin ladro le pompose nozze
Esopo vide, e a così dire imprese:
Volea il Sole ammogliarsi, quando altissime
Strida fino alle stelle alzar le Rane.
Mosso a cotesta petulanza Giove,
Ne richiese il perchè. Ora se tutti
I laghi, una risponde, ei solo asciuga,
E ardente sete noi meschine uccide;
Che fia, se figli da tai nozze ouenga?

7. Exurit. Exsiccat per calorem suum.
8. Sede. Sedem vocat paludem, quasi locum commorationis, ubi degunt.
9. Crearit. Procrearit. Sic Ovid. de Peleo. lib. 8. Metam.

Magnique creator Achillei. Flor. l. 1. c. 6. *Quamvis matre servo creatum.*
Huc mire facit quod ex Stobæo ad hanc Fab. refert Freinshemius de Lydo quodam. Sed ipsum adi. Vide & Camerarii Fabulam 161.

FAVOLA VII.

La Volpe e la maschera, o sia faccia da scena.

S'imbatte' in una maschera la Volpe;
E oh qual beltà di cervel, disse, è priva!
A coloro il narrai, cui se fortuna
Diè gloria e onor fu di buon senno avara.

nes habere solent, quo qui destituti sunt, stupidi vocantur. Confer quod habet Camerarius Fab. xi. & Faernus p. 131. Præterea legi meretur, quod Ulysses ait apud Homer. Odyss. l. viii. vers. 176.

FABULA VIII.

LUPUS, ET GRUIS.

QUI pretium meriti ab improbis desiderat,
Bis peccat: primum quoniam indignos adjuvat:
Impune deinde abire quia jam non potest.
Os devoratum fauce cum hæreret Lupi,
Magno dolore victus, cœpit singulos
Inlicere pretio, ut illud extraherent malum.
Tandem persuasa est jurejurando Gruis,
Gulæque credens colli longitudinem,
Periculosam fecit medicinam Lupo.
Pro quo quum pactum flagitaret præmium;
Ingrata es, inquit, ore quæ nostro caput
Incolume abstuleris, & mercedem postules.

1. MERITI. Absolute meritum pro bene merito, id est, beneficio.

4. FAUCE. *Fauce* est pro *fauci*.

6. PRETIO. Præmio. Ter. Andr. *Ego pretium ob stultitiam fero*. Ideo mox noster, *cum flagitaret præmium*,

8. CREDENS. Committens, & immittens.

Longitudinem. Sic sæpe loquitur Phædrus. *Colli longitudinem* pro longum collum. Hellenismus est, ut apud Euripid. *Πριάμοιο δέμας*, pro Priamo: *Θησέως κάρα*, pro Theseo. Cujus apud Poetas Latinos exempla sunt non pauca. Sic infra: *Corvi stupor* pro corvo stupido, & similia alibi habemus.

11 ORE. Pro *ex* vel *abs ore*, cui sc. immiseras. Præpositionem omit-

FABULA IX.

PASSER ET LEPUS.

SIBI non cavere, & aliis consilium dare,
Stultum esse, paucis ostendamus versibus.
Oppressum ab Aquila fletus edentem graves

FA-

FAVOLA VIII.

Il Lupo e la Gru.

Se da' malvagi ricompensa attendi,
Doppio è il tuo errore. A' rei soccorso appresti,
Nè tua follia potrà impunita andarne.
Erasi al Lupo nella gola fitto
Un osso sì, che dal dolor forzato,
Alto premio propose a chi il traesse.
Alfin la Gru dal giuramento indotta,
Fidando il lungo collo al Lupo in bocca,
Giugne alle fauci, e con suo gran periglio,
Trattone l' osso, ogni dolor gli toglie.
Chiesto il promesso premio; il Lupo: ingrata
Dacchè fuor di mia gola impune il capo
Traesti, non se' paga, e mercè chiedi?

tit ob verbum subsequens *abstuleris*, cui vis ejus inest.

12. Incolume abstuleris. Hoc est, quod Apulejus dixit in Apologia: *Sine noxa periculo*. Ad quæ verba Pricæus dicit hunc & præcedentem Phædri versum expressos esse ex historia Crocodili apud Philen, cujus hæc sunt verba:

Καὶ τήν γε κεφαλὴν ἀντὶ μισθοῦ λαμβάνει,
Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου.

Quæ ex versione Gregorii Bersmanni fere sic sonant:

Indemne præmii loco caput refert,
A bellua nil regulus passus mali.

FAVOLA IX.

il Passere e la Lepre.

È un folle avviso dar consiglio altrui,
Nè curar se medesmo. In brieve il mostro.
Fra gli artiglj dell' Aquila una Lepre

Leporem objurgabat Paſſer: Ubi pernicitas
Nota, inquit, illa eſt? Quid ita ceſſarunt pedes?
Dum loquitur, ipſum Accipiter nec opinum rapit,
Queſtuque vano clamitantem interficit.
Lepus ſemianimus mortis in ſolatio:
Qui modo ſecurus noſtra inridebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

1. CAVERE. Providere. Imitatur Terent. Heaut. 5. 1. 49.

Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare,
Foris ſapere, tibi non poſſe te auxiliarier?

Cavere autem proprium verbum de eo, qui conſilio inſtruit, ſicut Juriſconſulti clientes ſuos. Cic lib. 3. Ep. 1. *L. Valerium Juriſconſultum valde tibi commendo; ſed ita etiam, ſi non eſt jureconſultus. Melius enim ei cavere volo, quam ipſe aliis ſolet.* Ovid. de Arte Amandi:

Illo ſæpe loco capitur conſultus amore,
Quique aliis cavit, non cavet ipſe ſibi.

3. EDENTEM. Sic *edere vocem* eſt Fab. 12.

FABULA X.

LUPUS, ET VULPES, JUDICE SIMIO.

QUICUNQUE turpi fraude ſemel innotuit,
Etiamſi verum dicit, amittit fidem.
Hoc adteſtatur brevis Æſopi fabula.
Lupus arguebat Vulpem furti crimine;
Negabat illa ſe eſſe culpæ proximam.
Tunc judex inter illos ſedit Simius.
Uterque cauſam quum peroraſſent ſuam,
Dixiſſe fertur Simius ſententiam:
Tu non videris perdidiſſe, quod petis;
Te credo ſurripiſſe, quod pulcre negas.

5. PROXIMAM. Propinquam, id eſt, ream. Cicero ſic & *affinem culpæ* poſuit.

6. SEDIT. Locutio eſt petita a rebus forenſibus. Patroni dicebantur ſtare pro eo, cujus cauſam tuebantur; unde eſt apud Ovidium:

Pro Troja ſtabat Apollo:

Altamente gemea. Sì la dileggia
Un Passere: dov' è tuo lieve corso,
E come i piedi così tardi avesti?
Parlava ancora, e lo Sparvier repente
Lo afferra, e a morte in van gemente il tragge.
Benchè di vita è sul confin la Lepre,
Quasi l' altrui rechi al suo mal conforto:
Tu, che sicuro, dice, mi schernivi,
Con pari duolo il tuo destino or piagni.

5. QUID ITA. Locutio elliptica, pro, *ob quid ita*, hoc est, ob quam causam. Terent. *Lætus est nescio quid*, ubi *propter* deest.

CESSARUNT. Pigri & tardi facti sunt, non fecerunt officium.

6. NEC OPINUM. *Nec opinantem*. *Nec*, ut sæpe, hoc loco *non* est.

8. SEMIANIMUS. Pro *Semianimis*. Sic *anguis semianimus* apud Ennium.

FAVOLA X.

IL LUPO E LA VOLPE INNANZI ALLA SCIMMIA, LORO GIUDICE.

CH' ad un, s' è colto una fiata in frode,
Se poscia dice il ver, fe' non si dia,
Con brieve favoluzza Esopo il mostra.
Accusata di furto era da un Lupo
La Volpe: essa lo niega. Eletta è giudice
La Scimmia, che le parti entrambi udite,
Sì parla: tu non sembri aver perduto
Lupo ciò, che richiedi, e avrai rapito
Tu Volpe ciò, ch' accortamente nieghi.

quia stantes causam dicere solebant. Judices vero sententiam ferebant sedentes. Unde *sedere in aliquem* est, alicujus esse judicem. Ovidius in simili negotio, Metam. lib. 13. *Consedere duces*.

9. VIDERIS. *Videri* vel *non videri* erat formula antiqua in sententiis judicum.

FABULA XI.

Asinus, et Leo venantes.

VIRTUTIS expers verbis jactans gloriam
Ignotos fallit, notis eſt deriſui.
  Venari, Aſello comite, quum vellet Leo,
Contexit illum frutice, & admonuit ſimul,
Ut inſueta voce terreret feras,
Fugientes ipſe exciperet. Hic auritulus
Clamorem ſubitum totis tollit viribus:
Novoque turbat beſtias miraculo:
Quæ dum paventes, exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo impetu:
Qui poſtquam cæde feſſus eſt, Aſinum evocat,
Jubetque vocem premere. Tunc ille inſolens,
Qualis videtur opera tibi vocis meæ?
Inſignis, inquit, ſic ut niſi noſſem tuum
Animum, genuſque, ſimili fugiſſem metu.

1. VIRTUTIS. Virium, roboris, fortitudinis. Synecdoche.

2. IGNOTOS. Hic active accipitur de iis, qui non noſcunt.

5. INSUETA. Quadriſyllaba ut hæc vox ſit, metrum exigit. Sic & fab. 2.
Omne inſuetis onus, & cœpiſſent queri.

6. *Auritulus*. Aſinus, ab auribus longiuſculis. Sic *laniger* pro ove a lana, fab. 1. Ubi vide notas. Vulgo legunt, *Hic auriculas*
Clamore ſubito tollit totis viribus.
Quam lectionem retinuiſſe miror Petrum Danetum, qui hunc auctorem edidit in uſum Sereniſſimi Delphini, cum potuerit ſcire ex Tana-



FAVOLA XI.

L'Asino e il Leone, che vanno a caccia.

Chi alle parole egual non ha il valore,
Se uno ſtraniere ad ingannar pervenga,
Da chiunque il conoſce è avuto a ſcherno.
Volle a caccia un Leone ir col Giumento:
Di fronda il copre, e che con voce ſtrana
Le fiere intimoriſca, ad eſſo impone;
Ch' ei preſe nel fuggir poſcia le arebbe.
L'orecchiutello grandi ſtrida innalza,
Da cui, e dal diſorme ignoto aſpetto
Le fiere intimorite per le note
Strade tentan fuggir; ma impetuoſo
Il Leone le aſſale, e ne fa ſcempio.
Dalla ſtrage indi ſtanco, a ſe il richiama,
Ed a lui fa di più gridar divieto.
Eſſo altier: di mia voce or che ti ſembra?
Tanto, il Leon ſoggiugne, che ſe ignota
Erami la tua ſchiatta, e'l valor tuo,
Sarei, ſe fuggir l'altre, io pur fuggito.

quillo Fabro, quem, in concinnandis ſuis notis, ſemper ante oculos habuit, turpiter ſic verſum conſtitui.

9. Exitus. Vias elabendi. Sic & Cicero uſurpavit. C. Nepos vita Hannibalis: *Cum omnes exitus occupatos offendiſſet.*

10 Adfliguntur. Alliduntur terræ.

12. Premere. Comprimere, ideſt tacere, quomodo apud Virgil.

Sic memorat, vocemque premit.

13. Opera. Labor & auxilium, quomodo Nepos de Alcibiade, in ejus vita cap 4. *Ejuſdem opera ſoniam e ſocietate averterunt Athenienſium.*

FABULA XII.

CERVUS AD FONTEM.

LAUDATIS utiliora quæ contempſeris
Sæpe inveniri, hæc exerit narratio.
Ad fontem Cervus quum bibiſſet, reſtitit,
Et in liquore vidit effigiem ſuam.
Ibi dum ramoſa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
Venantum ſubito vocibus conterritus,
Per campum fugere cœpit, & curſu levi
Canes eluſit. Silva tum excepit ferum,
In qua retentis impeditus cornibus,
Lacerari cœpit morſibus ſævis canum.
Tunc moriens, vocem hanc edidiſſe dicitur:
O me infelicem, qui nunc demum intelligo,
Ut illa mihi profuerint, quæ deſpexeram,
Et quæ laudaram, quantum luctus habuerint!

1. LAUDATIS. Locus obſcurior propter ellipſin. Ordo ſic ſe habet: *Narratio hæc exerit, ea, quæ contempſeris, inveniri ſæpe utiliora laudatis*, hoc eſt, quam ea, quæ laudantur.

2. EXERIT. Prodit, aperit, notum facit.

7. VOCIBUS. Conſueto clamore, quo hortantur canes.

9. ELUSIT. Elegantiſſime de illis flexibus, circuitibuſque implicitis, & in ſe redeuntibus, quales faciunt in fuga, & ſic inſequentes canes fallunt. Valet, effugit, evaſit.

FERUM. Cervum. Sic & infra lib. 2. fab. 8. verſ. 14. de cervo etiam: *Tum gaudens ferus &c.* Sic vocabant antiqui omnes animantes rationis expertes. Virg. de equo Trojano lib. 2. Æneid.



FAVOLA XII.

Il Cervo alla fonte.

Spesso addivien, che cosa avuta a vile
Util più sia, che la tenuta in pregio:
E chiaro vel dimostra il mio racconto.
Presso ad un fonte, ove bevuto avea,
Fermossi un Cervo, e la sua immagin vide:
Ei le sottili gambe avute a scherno,
Le ramose alte corna ammira, e loda;
Quando de' cacciatori alle improvvise
Grida atterrito, con veloce corso
I campi passa, e folta selva il cela,
E la turba de' Cani in van lo siegue.
Ma dall' eccelse corna rattenuto,
Da' fieri morsi a dura morte è addotto.
O me infelice! è fama, che dicesse
Allor, morendo: veggio al fin qual danno
Ciò, che lodai, m' apporti; e quale aita
Mi recò ciò, ch' a torto ebbi in dispregio.

In latus, inque feri curvam compagibus alvum.

Martialis etiam de Formica:

Implicuit tenuem succina gutta feram.

Mitto alia, quæ in frequenti usu.

10. Retentis. Al. *retentus impeditis*. Non male. Cæsar de bello civ. lib. 3. 77. *impeditissima* dixit *itinera*. Alibi *impeditas ripas*. Nec aliter non uno loco Hirtius.

14. Ut illa. *Ut* est *quantum*. Itaque mox sequitur, *quantum luctus*, id est, quantum damni.

FABULA XIII.

Vulpes, et Corvus.

Qui se laudari gaudent verbis subdolis,
Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ.
Cum de fenestra Corvus raptum caseum
Comesse vellet, celsa residens arbore,
Hunc vidit Vulpes, dehinc sic occœpit loqui:
O qui tuarum, Corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore & vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
Emisit ore caseum, quem celeriter
Dolosa Vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit Corvi deceptus stupor.
Virtuti semper prævalet sapientia.

2. Dant pœnas. Pœnas dant, qui pœnis digna perpetrarunt. Dicimus enim pendere, dependere, solvere, persolvere, luere pœnas: & ista quidem patientis sunt. Agentis autem, exigere, poscere, repetere, capere, infligere, irrogare pœnas.

Turpes. Ob aliorum risus, quibus sunt expositi. Hoc sensu dicimus, *dare se turpiter*, idest, se risui aliorum exponere.

5. Occœpit. Plautinum est.

6. Qui. Qualis, quam magnus, atque admirabilis.

Nitor. Splendorem intelligit, quamvis paulo minus sit nitor, quam splendor: cum hic quasi radios emittat, nitor minime.



FAVOLA XIII.

La Volpe ed il Corvo.

Si pente in van cui finta lode alletta;
Che ria vergogna suo mal grado il segue.
Mangiar volea sovra altro ramo assiso
Il Cacio tolto a una finestra il Corvo.
La Volpe il vede: o come belle sono,
Dice, le penne tue! qual leggiadria
Nelle tue membra scorgo, e nel sembiante!
S'al resto è ugual la voce, fra gli augelli
Nessun tuoi pregj adegua. Ei per desio
Di farsi udir, lascia la preda, e canta.
L'ingannevol Volpetta avidamente
Il Cacio addenta. Allor s'avvide il Corvo,
Ma tardi, e si lagnò di sua follia.
Sempre al valor prevalse l'accortezza.

7. Geris. Habes. Terent. *infirmum animum gerunt*, id est, habent.
8. Prior. Puta *te*, quod intelligendum. *Prior* autem est, melior, seu potior.
12. Tum demum. Notat judicii tarditatem. Ter. Heaut. 2. 3.
Vah, nunc demum intelligo.
Ingemuit. Cum gemitu dixit.
Stupor. *Corvus stupidus*. Sic *error Herculis*, idest, Hercules errans. Virg. Æn. lib. xi. 376.
Talibus exarsit dictis violentia Turni.
i. e. Turnus violentus. Hom. l. viii. Odyss. μι. Ηφαιστοιο, *Robur Vulcani*, i. e. Vulcanus robustus. Vid. Fab. viii.





FABULA XIV.

Ex Sutore Medicus.

MALUS quum Sutor inopia deperditus
Medicinam ignoto facere cœpiſſet loco,
Et venditaret falſo antidotum nomine,
Verboſis adquiſivit ſibi famam ſtrophis.
Hic cum jaceret morbo confectus gravi
Rex urbis, ejus experiendi gratia,
Scyphum popoſcit: fuſa dein ſimulans aqua
Miſcere illius antidoto ſe toxicum,
Hoc bibere juſſit ipſum, poſito præmio.
Timore mortis ille tum confeſſus eſt,
Non artis ulla medicæ ſe prudentia;
Verum ſtupore vulgi factum nobilem.
Rex advocata concione hæc edidit:
Quantæ putatis eſſe vos dementiæ,
Qui capita veſtra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commiſit pedes?
Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
Quorum ſtultitia quæſtus impudentiæ eſt.

2. FACERE. Artem medicam exercere. Ita Græci, πράττειν τὴν ἰατρικήν.

4. STROPHIS. Cicero laqueos verborum appellavit pro Cæcin. Et ſunt *Strophæ* proprie laquei decipiendis feris.

5. HIC. Tunc, eo tempore. Virg. 3. Æneid. 533.

Hic Priamus quanquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit.

Ubi Servius, *Hic*, ideſt *tunc*.

6. REX. *Rex* hic eſt, qui ſummam tenet Reip. Atque ſic antiquitus appellabantur ſingularum quoque urbium moderatores.

8. TOXICUM. Antiquitus *taxicum* ab arbore *taxo peſtifera*.

9. POSITO. Propoſito. Sic Virg. l. 5. Æn. 292.

Invitat pretiis animos, & præmia ponit.

FAVOLA XIV.

IL CIABATTINO FINTOSI MEDICO.

A POVERTA' ridotto un Ciabattino,
In luogo ignoto andonne, e là si finse
Medico, e dispacciando finti antidoti,
Con ciance di grand' Uomo il grido ottenne.
Il Re, cui morbo da gran tempo aggrava,
Chiede una tazza, e così il ver n' esplora.
Finge mescer co' suoi lodati antidoti
In acqua un rio veleno, e premio gli offre,
Purch' ei lo beva. Esso al timor di morte
Palesa, che non arte, o il saper suo,
Ma la stoltezza altrui sì chiaro il fece.
Allor, sue genti radunate, disse
Il saggio Re: qual è vostra follia,
Ch' a lui fidar non dubitate il capo,
A cui nessun volle fidar le piante!
Renda cauti color l' istoria mia,
La cui sciocchezza gl' impostori impingua.

11. PRUDENTIA. Scientia, peritia. Ita plane Ovidius in Epist. Œnones: *Deficior prudens artis ab arte mea.*

12. NOBILEM. Refertur ad claritatem famæ. Nam præcedit: *acquisivit sibi famam.*

13. ADVOCATA CONCIONE. Postquam populum advocasset.

16. COMMISIT. Apposite. Cato apud Gellium l. 15. *Itaque auditis, non auscultatis, tanquam Pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur; verum ei se nemo committit, si æger est.*

18. QUORUM. E quorum hominum stultitia, i. e. simplicitate quæstum facere possunt improbi & imprudentes, qualis hic sutor fuisse describitur.

FABULA XV.

ASINUS AD SENEM PASTOREM.

IN principatu commutando civium,
Nil præter domini nomen mutant pauperes.
Id esse verum parva hæc fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat Senex:
Is hostium clamore subito territus,
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus: Quæso, num binas mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit. Ergo, quid refert mea
Cui serviam, clitellas dum portem meas?

1. PRINCIPATU. Generatim sic appellat quodvis imperium. Vide huic loco convenientia in Ciceronis Epist. ad Att. lib. xv. Ep. 4. Et in iisdem passim.

FABULA XVI.

CERVUS, ET OVIS.

FRAUDATOR nomen quum locat sponsu improbo,
Non rem expedire, sed mala videre expetit.
Ovem rogabat Cervus modium tritici,
Lupo sponsore; at illa præmetuens doli:
Rapere atque abire semper adsuevit Lupus,
Tu de conspectu fugere veloci impetu:
Ubi vos requiram; quum dies advenerit?

1. NOMEN. Debitor dicebatur *locare nomen*. *Nomen facere* dicebatur creditor, cum in tabulis accepti & expensi nomen ejus, cui pecuniam dabat, scribebat.

7. DIES. Solenniter, pro die solutioni præstituta. Atque ita optimi Scriptores. C. Nepos Attico c. 9. *Cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem*. Vide huic fabulæ convenientia apud Homerum Odyss. l. xiii. v. [illegible]

FAVOLA XV.

L' Asino al vecchio Pastore.

Se 'l Principe si cangia, un Uom del volgo
Null' altro cangia, che del Prence il nome;
Che ciò sia ver, brieve racconto insegna.
Nel prato un Vecchio l' Asinel pascea,
Ma de' nemici alle improvvise grida,
Atterrito a fuggir l' Asino esorta,
Per non restar dell' oste entrambi in preda.
Ei però non s' affretta, e al Vecchio chiede,
Se doppia soma il Vincitor gl' imponga?
No, gli risponde il Vecchio. E che m' importa,
D' aver nuovo Padron, s' ugual n' ho il peso?

2. Pauperes. Intelligit eos, qui quacunque ex causa subesse aliis coguntur, nullo speciali respectu ad inopiam nummorum.

FAVOLA XVI.

Il Cervo e la Pecora.

In prestito chiedendo un Uom malvagio,
S' offra mallevador simile a lui,
Anzi ch' assicurarti, ordisce inganno.
Con sicurtà del Lupo, ad una Pecora,
Un moggio di frumento il Cervo chiese.
Ella adombrata: il Lupo ha per costume,
Rispose, di rapire, e girne altrove:
E tu del pari a gli occhi altrui t' involi.
Se 'n giudicio a chiamarvi un dì costretta
Verrà, ch' io sia, dove dovrò cercarvi?

FABULA XVII.

OVIS, CANIS, ET LUPUS.

SOLENT mendaces luere pœnas malefici.
Calumniator ab Ove quum peteret Canis,
Quem commodasse panem se contenderet;
Lupus citatus testis, non unum modo
Deberi dixit, verum affirmavit decem.
Ovis damnata falso testimonio,
Quod non debebat, solvit. Post paucos dies
Bidens jacentem in fovea prospexit Lupum:
Hæc, inquit, merces fraudis a Superis datur.

3. COMMODASSE. Alii *commendasse*, pro deposuisse. Stant tamen plerique pro vulgata, quam & Lupi testimonium firmare videtur: nempe ut canis in rei cibariæ inopia ovem aliquoties sustentaverit, commodatis, quibus vesceretur, panibus.

8. JACENTEM. Delapsum atque cap-

FAB. XVIII.

MULIER PARTURIENS.

NEMO libenter recolit, qui læsit, locum.
Instante partu, Mulier actis mensibus,
Humi jacebat flebiles gemitus ciens;
Vir est hortatus, corpus lecto reciperet,
Onus naturæ melius quo deponeret.
Minime, inquit illa, posse confido loco
Malum finiri, quo conceptum est initio.

FAVOLA XVII.

La Pecora, il Cane, ed il Lupo.

Pena incontra chi tesse a i buoni inganno.
D' aver dato in prestanza il Cane infinse
Alla Pecora un pane, e a lei lo chiese.
Citato il Lupo in testimonio, attesta,
Che diece, non che un solo, a lui dovea.
Sicchè da falso testimonio astretta,
Paga ciò, che non dee. Dì pochi andaro,
Che vide il Lupo nella fossa: e questa
Della tua fraude, disse, è la mercede.

tum. Solebant enim capi olim quoque foveis. Unde Horat.
Cautus enim metuit foveam lupus.
Atque talis fovea captandis lupis dolo structa hic est intelligenda. Confer simile exemplum in Cam. f. 189.

FAVOLA XVIII.

La Donna Partoriente.

Nessun tornar là gode, ov' ebbe offesa.
Compiuti i mesi, e già vicina al parto
Giacea una Donna al suol distesa, ed alte
Mettea flebili strida. A gir sul letto,
Onde por meglio di natura il peso,
Consigliolla il Marito. Ah no, diss' ella,
Ch' io già non spero, che il mio mal là possa
Trovar suo fine, ove l' origin ebbe.

1. RECOLIT. Denuo & sæpius ad eum venit, repetit eum, revisit.
2. ACTIS. Circumactis, exactis, finitis novem mensibus, & decimo inchoato. Cicero Accus. 1. in Verr. c. 18. *Latonam ex longo errore & fuga, & gravidam & jam ad pariendum vicina, exactis temporibus con-*

FABULA XIX.

CANIS PARTURIENS.

HABENT insidias hominis blanditiæ mali,
Quas ut vitemus, versus subjecti monent.
Canis parturiens, quum rogasset alteram,
Ut fœtum in ejus tugurio deponeret,
Facile impetravit; dein reposcenti locum,
Preces admovit, tempus exorans breve,
Dum firmiores catulos posset ducere.
Hoc quoque consumpto, flagitare validius
Cubile cœpit: Si mihi, & turbæ meæ
Par, inquit, esse potueris, cedam loco.

3. CANIS. Extat hæc Fabula apud Justinum l. 43. c. 4.
6. EXORANS. Orando impetrans.
7. DUM. *Dum* hic est donec. Sic Virg. 3. Æn. 16. *Dum fortuna fuit.*

FABULA XX.

CANES FAMELICI.

STULTUM consilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in fluvio viderunt canes:
Id ut comesse extractum possent facilius,

fugisse

fugisse Delum. Asconius: *mensibus exactis*.

3. CIENS. Edens. Sic Virg. *mugitus ciere*.

5. ONUS. Foetum deponeret; ut fab. seq. Sic & lib. 2. fab. 4. Caeterum foetus in utero antiquitus sarcinae & onera vocabantur.

FAVOLA XIX.

LA CAGNA PARTORIENTE.

La cortesia degli empj inganno avvolge,
Ed a schifarlo il mio racconto insegna.
Fra' dolori del parto una sua amica
Cagna un' altra pregò, che le lasciasse
Depor nel suo tugurio i pargoletti:
E agevolmente l' impetrò; ma poscia
Che se n' andasse instando l' altra, a nuovi
Prieghi ricorre, e un brieve tempo chiede,
Finchè la prole maggior forza acquisti.
L' ottien, ma allor ch' il luogo vuol pur l' altra,
Essa dice: il darò, se il tuo valore,
Me insieme, e i figli miei combatter possa.

FAVOLA XX.

I CANI FAMELICI.

Privo è d' effetto ogni consiglio folle,
E i mortali in ruina, e a morte adduce.
D' un fiume in fondo videro una pelle
Alcuni Cani, e in vana speme entrati

Aquam cœpere bibere: sed rupti prius
Periere, quam quod petierant, contingerent.

2. DEVOCAT. In ruinam homines ducit. Infra lib. 3. fab. 5. *Successus ad perniciem multos devocat.*

FABULA XXI.

LEO SENEX, APER, TAURUS, ET ASINUS.

Quicunque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam jocus est in casu gravi.
Defectus annis, & desertus viribus
Leo quum jaceret, spiritum extremum trahens,
Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
Et vindicavit ictu veterem injuriam:
Infestis taurus mox confodit cornibus
Hostile corpus. Asinus ut vidit ferum
Impune lædi, calcibus frontem exterit.
At ille expirans: Fortes indigne tuli
Mihi insultare: te, naturæ dedecus,
Quod ferre certe cogor, bis videor mori.

3. DEFECTUS. Qui deficiebat propter annos. Legunt sic viri summi Schefferus, Heinsius, Faber, Rigaltius, Meursius, Gudius. *Quin & defecta corporis viribus* Sibylla dicitur Servio ad VI. Æn. 321. Al. *confectus*. Sed & sic Florus, quem vide 3. 12. 6. Camerarius quoque Fab. 197. *Leo confectus senio*, quem vide.

4. TRAHENS. Significatur difficultas, & quasi ultimi conatus vivendi.

9. EXTERIT. Comminuit, terendo & calcitrando confringit. Gudius, *extudit*.

Di trarla fuori, incominciaro a bere;
Ma gonfj pria creparo, anzi che 'l cuojo
Ad assaggiar alcun di lor giugnesse.

4. Comesse. Comedere. Nam esse est edere.

5. Rupti. Disrupti, nimio sc. aquæ potu.

F A V O L A XXI.

Il Leone vecchio, il Cignale, il Toro e l' Asino.

Chi dall' antica sua dignità cade,
Allor che più l' insegue avversa sorte,
Scherno divien degl' infingardi ancora.
Privo il Leon di forze, e d' anni carco,
Sull' estremo confin della sua vita,
Qual fulmine, il Cignal col dente acuto
Prende di torto antico alta vendetta.
Poco ne va, che 'l Toro, del nemico
Il ventre colle corna e fere, e squarcia.
L' Asin, che scorge impuni irne le offese,
La fronte del Leon co i calci infrange.
Esso morendo alfin disse: che i forti
M' insultasser, mi dolse; ma ch' un vile,
Disonor di natura, osi cotanto,
Ed io lo soffra, doppiamente muojo.

12. Bis. Semel per vim, iterum per infamiam ex auctore ejus, cum fama bona sit velut altera vita; & ob id vitæ æquiparetur. Confer Andr. Alciati Emblema LVII.

FABULA XXII.

MUSTELLA, ET HOMO.

MUSTELLA ab homine prenſa, quum inſtantem necem
Effugere vellet: quæſo, inquit, parcas mihi,
Quæ tibi moleſtis muribus purgo domum.
Reſpondit ille: Faceres ſi cauſa mea,
Gratum eſſet, & dediſſem veniam ſupplici:
Nunc, quia laboras, ut fruaris reliquis,
Quæ ſunt roſuri, ſimul & ipſos devores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita locutus, improbam letho dedit.
  Hoc in ſe dictum debent illi agnoſcere,
Quorum privata ſervit utilitas ſibi,
Et meritum inane jactat imprudentibus.

5. GRATUM. Acciperes pro ea opera vicem, ſi mea cauſa faceres.

6. RELIQUIS. Cœnarum, qualia decidunt ex pane, aliiſque cibis in terram, muribuſque cedunt. Alii non admittunt vocem *reliquis*, quod putent ſic laborare verſum, & pro eo *reliquiis* reponunt. Sed nihil periculi eſt. *Reliquis* enim vel eſt quadriſyllabum, vel *Relliquis* poteſt

FABULA XXIII.

CANIS FIDELIS.

REPENTE liberalis, ſtultis gratus eſt;
Verum peritis irritos tendit dolos.
  Nocturnus quum fur panem miſiſſet Cani,
Objecto tentans an cibo poſſet capi:
Heus, ſi, inquit, linguam vis meam præcludere,

FAVOLA XXII.

La Donnola e l' Uomo.

Dar volendo a una Donnola la morte
Un Uom, che l' avea presa; ella sì il prega:
Tengo la casa tua netta da' topi;
Perciò cortese a me perdona. L' altro:
Se per me tu 'l facessi, io l' avrei caro,
E alle preghiere tue sarei cortese;
Ma poichè a goder ciò, che godrian essi,
Tue cure impieghi, ed essi pur divori,
Cotesto beneficio invan millanti,
E in così dir la cattivella uccide.
Riconosca diretto a se il racconto,
Chi sovvenendo altrui, se stesso avanza,
E un vano merto agl' imprudenti estolle.

scribi, ut prima syllaba producatur. Vide Gudium.

8. Imputare. Noli jactare & venditare, quod mihi pro beneficio dederis.

11. Quorum. Qui quicquid agunt, id sua causa agunt, & tamen venditant credulis & imperitis pro beneficiis.

FAVOLA XXIII.

Il Cane fedele.

Un' improvvisa liberalitade,
S' a' folli piace, i saggi in van lusinga.
Un Ladroncel notturno, per far. prova,
Se col cibo amicarsi possa il Cane,
Un pan gli porse. Il Cane a lui rivolto:

Ne latrem pro re domini, multum falleris.
Namque iſta ſubita me jubet benignitas
Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

2. Dolos. Hinc Laocon apud Virg. 2. Æneid. arguit, Danaos debere eſſe ſuſpectos, quod dona ferant. 6. Pro re. Cuſtodienda ſcil. &

FABULA XXIV.

Rana rupta, et Bos.

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quædam Rana conſpexit Bovem,
Et tacta invidia tantæ magnitudinis,
Rugoſam inflavit pellem: tum natos ſuos
Interrogavit, an Bove eſſet latior?
Illi negarunt. Rurſus intendit cutem
Majore niſu, & ſimili quæſivit modo,
Quis major eſſet? Illi dixerunt, Bovem.
Noviſſime indignata, dum vult validius
Inflare ſeſe, rupto jacuit corpore.

3. Tacta. Correpta, commota, & incenſa.
10. Jacuit. Hoc verbum addit, ut contemtum Ranæ ſuperbæ exprimat. Fab. 27. *O canis, merito jaces.*

FABULA XXV.

Canis, et Crocodilus.

Conſilia qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam, & deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,

Ch' io taccia, dice, tu lo speri indarno:
A più vegliar cotesto don m' astrigne,
Perchè ricco il tacer mio non ti renda.

conservanda. Ceterum *rei* appellatio generalis est, & extenditur ad omnia bona, quæ quis possidet.

FAVOLA XXIV.

LA RANA CREPATA, ED IL BUE.

CHI dal destino avaro ha scarsi beni,
Se'l grande imitar vuol, ruina incontra.
Dalla Rana in un prato il Bue fu visto:
E punta da livor di tanta mole,
Gonfia la scabra pelle, e chiede a' figli,
S' ancora il Bue nella grandezza avanzi?
Rispondono, che no. Ella più gonfiasi,
E chi maggior sia chiede? Il Bue, ripetono.
Sdegnata alfin, con tal forza si gonfia,
Che rottasi la pelle, estinta giace.

FAVOLA XXV.

IL CANE ED IL COCCODRILLO.

SE stesso a scherno, e l' opra sua condanna,
Chi condur tenta i saggi a' rei consiglj.
Che bean correndo sitibondi i Cani

A Crocodilis ne rapiantur, traditum est:
Igitur quum currens bibere cœpisset Canis,
Sic Crocodilus: Quam libet lambe, otio
Pota, atque accede Nilo temere, de dolo
Noli vereri. At ille: Facerem mehercule,
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.

3. CURRENTES. Hinc natum prov. *Tanquam canis e Nilo.*
NILO. Fluvio Africæ maximo & notissimo.
6. QUAM LIBET. Quantum libet.
7. TEMERE. Audacter, sine periculi metu. Ut enim hoc loco Crocodilus, sic plane lib. 2. fab. 2. Leo viatorem invitat æque timidum.
Non est quod timeas, ait,
Et quæ debetur pars tuæ modestiæ,
Audacter tolle.
Ubi Leo dicit *Audacter*, quod Cro-

FABULA XXVI.

VULPES, ET CICONIA.

NULLI nocendum: si quis vero læserit,
Mulcandum simili jure, fabella admonet.
Vulpes ad cœnam dicitur Ciconiam
Prior invitasse: & illi in patena liquidam
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit Ciconia.
Quæ Vulpem quum revocasset, intrito cibo
Plenam lagonam posuit: huic rostrum inserens
Satiatur ipsa: torquet convivam fame.
Quæ quum lagonæ frustra collum lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

2. MULCANDUM. Scilicet, eum esse. *Mulcandus* autem pro puniendus quovis modo.
3. VULPES. Licet scribatur etiam *Vulpis*, cum optimis libris: tamen revocandum hoc loco *Vulpes*, ne exitium sit versui. Qui tamen non inconcinnius sic poterat construi.
Ad cœnam Vulpis dicitur Ciconiam.
Sed qua auctoritate id faciemus?
5. POSUISSE. Proprie de ferculis, id est, apposuisse.

Al Fiume Nilo, per non esser preda
De' Coccodrilli, è fama. Un Cane adunque
Avendo in guisa tal impreso a bere,
A lui un Coccodrillo: A tuo grand' agio
Bei presso al fiume, e non temer d' inganno.
L' altro dice: Il farei, se quel desio,
Ch' hai di mia carne, a me fosse nascoso.

codilus *Temere*. Sic apud optimos Scriptores *Temeritas* pro audacia sumitur.

8. MEHERCULE. Formula jurantis elliptica, ut fere fit in talibus. Tota est: *Ita me Hercule juva.*

10. JACUIT. Hoc verbum addit, ut contemtum ranæ superbæ exprimat. Fab. 27. *O canis, merito jaces.*

FAVOLA XXVI.

LA VOLPE E LA CICOGNA.

NON offendere alcun: ma chi n' offenda
A vendicar, la favoletta insegna.
Fu già invitata dalla Volpe a cena
La Cicogna, cui diè sì sparso cibo,
Che ben lo puote con l' adatta lingua
Tutto lambir la Volpe, ma non già
Col lungo acuto rostro la Cicogna.
E questa pur a cena l' altra invita:
E posto in lungo stretto vaso il cibo,
Tutto col becco agevolmente il prende,
E si pasce a sua voglia. Indarno l' altra,
Cui tormenta ria fame, il collo lambe.
Sì allor parlò l' Augello: Invan ti lagni,
Ch' altri il tuo esempio in danno tuo rivolga.

7. REVOCASSET Vicissim vocasset, iterum vocasset.

11. PEREGRINAM. Ciconiam, quæ quotannis peregre abire ac reverti solet. Publius Syrus apud Petronium.

Ciconia etiam grata, peregrina
hospita.

FABULA XXVII.

Canis, et thesaurus, et Vulturius.

Hæc res avaris esse conveniens potest,
Et qui humiles nati dici locupletes student.
Humana effodiens ossa, thesaurum Canis
Invenit: & violarat quia Manes Deos,
Injecta est illi divitiarum cupiditas,
Pœnas ut sanctæ religioni penderet.
Itaque aurum dum custodit, oblitus cibi,
Fame est consumptus: quem stans Vulturius super,
Fertur locutus: O Canis, merito jaces,
Qui concupisti subito regales opes,
Trivio conceptus, & educatus stercore.

Cum hac Fabula confer, quod Horatius narrat de Opimio ægrotante, Serm. lib. 2. Sat. 3.

4. Manes. Per Deos Manes intelliguntur ossa & cineres. Hinc monumentis inscribi solitum D. M. vel D. M. S. *Diis Manibus Sacrum*.

6. Religioni. Violatæ religioni sepulcrorum. Antiquitus enim grande erat piaculum violare religionem sepulcrorum, & sævire in mortuos. Ita Cic. de Leg. *Deorum Manium jura sancta sunto*. Et Virg. 3. Æneid.

Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus.

Ceterum *Religio* dicitur de omnibus iis, quæ religiose debent obser-

---

FABULA XXVIII.

Vulpes, et Aquila.

Quamvis sublimes, debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet solertiæ.
Vulpinos catulos Aquila quondam sustulit,
Nidoque posuit pullis, escam ut carperent.

FAVOLA XXVII.

IL CANE, IL TESORO E L'AVOLTOJO.

ADATTATA agli Avari è la novella,
E ad un, che nato in umile fortuna,
Alla fama di ricco avido aspira.
L'osa d'un Uom disotterrando un Cane,
Trovò un Tesor. Gli Dei d'Averno in pena
Del sacrilego ardir, la cupidigia
Gl'inspirar di ricchezze. Tal desio
L'ingombra sì, che cibo alcun non cura,
Onde da dura fame è alfin consunto.
A divorarlo sceso l'Avoltojo,
Ben vuol, dice, ragion, che giaccia estinto
Poichè, vilmente in strada concepito,
E cresciuto al letame; e in un istante
Di regali ricchezze t'invaghisti.

vari, & custodiri. Sic etiam de jurejurando, de judice, de sacris, & cæremoniis, de portentis, prodigiis, & testamentis.

8. VULTURIUS. Antique pro *vultur*.

11. TRIVIO. In trivio. Sic infra Fab. seq. posuit *nido*, pro *in nido*. *Trivium* hic significat viam in genere. Alias est, ubi tres viæ concurrunt.

FAVOLA XXVIII.

LA VOLPE E L'AQUILA.

NON dispregi il possente un Uom del volgo,
Cui apre alla vendetta occulto il varco
Ingegnoso pensier. L'Aquila i figlj
Rapì alla Volpe, e a i figlj suoi nel nido

Hanc perſecuta mater, orare incipit,
Ne tantum miſeræ luctum importaret ſibi.
Contempſit illa, tuta quippe ipſe loco.
Vulpes ab ara rapuit ardentem ſacem,
Totamque flammis arborem circumdedit,
Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.
Aquila, ut periculo mortis eriperet ſuos,
Incolumes natos ſupplex Vulpi tradidit.

1. Quamvis. Homines quantumvis ſublimes debent tamen humiles metuere.

2. Vindicta. Quia ſolertes, quantumvis humiles, ſuo tempore ſciunt vindictam ſumere.

3. Sustulit. Secum vexit in ſublime.

4. Escam. Ut illis catulis veſcerentur. *Carpere* enim pro diſcerpere de cibis dicitur.

5. Persecuta. Hoc verbum notat ſollicitudinem & feſtinationem.

8. Vulpes. Hic iterum retinendum *Vulpes*, non *Vulpis*, verſus cauſa, ut fab. 16.

Ardentem. Non otioſum eſt *ardentem*. Sic enim Virgilius locutus fuerat.

Ardentem dare viſa facem.

Neque aliter veteres. Homerus in fine lib. 1. Odyſs.

FABULA XXIX.

Asinus irridens Aprum.

Plerumque ſtulti riſum dum captant levem,
Gravi deſtringunt alios contumelia,
Et ſibi nocivum concitant periculum.
Aſellus Apro quum fuiſſet obvius;
Salve, inquit, frater. Ille indignans, repudiat
Officium, & quærit cur ſic mentiri velit.
Aſinus demiſſo pene: Si ſimilem negas
Tibi me eſſe, certe ſimile eſt hoc roſtro tuo.
Aper quum vellet facere generoſum impetum,
Repreſſit iram: &, Facilis vindicta eſt mihi:
Sed inquinari nolo ignavo ſanguine.

Li diè in cibo; la prega l'altra indarno;
Poichè l'Augel, che la sicura cima
Avea già preso, i prieghi altrui non cura.
La Volpe, che sue preci ir vede a voto,
Dall' Altare una fiaccola rapita,
Tutto di fiamme l'albero circonda,
E la morte de' figlj a lei minaccia:
L'Augel, cui della prole il rischio affanna,
Supplice i Volpicin salvi le rende.

Τῷ δ' ἄρ ἅμ αἰθομένας δαΐδας φέρε.

Fax enim proprie est frustum e disjecta arbore picei generis, quod alendo igni inserviebat. His facibus, sive frustis picei ligni exstruebatur vulgo, & alebatur ignis, tam in aris Deorum, quam in privatorum focis.

10. Sanguinis. Prolis, pullorum. Ita Anchises apud Virg. lib. 6. vocat Æneam *sanguinem suum*.

Projce tela manu sanguis meus.

Uti & Horat. in carmine seculari.

Clarus Anchisæ Venerisque sanguis.

Aliter hanc Fabulam narrat Camerar. Vide eum fab. 1. & cum eo facientem Faernum p. 119. Vide & Æsop. fab. 1.

F A V O L A XXIX.

L'Asino che beffa il Cignale.

Spesso destar colle sue celie il riso
Credendo il sciocco, altrui fa grave oltraggio,
E sè d'aspra vendetta al rischio espone.
In un Cignal scontrandosi un Somaro:
Addio, disse, fratello. Ei disdegnando
L'oltraggioso saluto: E chi tal nome,
Disse, a mentir t'invita? Il vil giumento
Scoprendo il pene: Se a te par non sono;
Questo il tuo grugno almen certo somiglia.
Mosso da generosa ira il Cignale
Già avventarsi volea: ma si rattenne.
E ben m'è, disse, la vendetta agevole;
Ma di sangue sì vil sdegno macchiarmi.

2. DESTRINGUNT. Sic lib. 4. fab. 6. *Nasute scripta destringis mea*. Et Ovid. 2. Trist.

Non ego mordaci destrinxi carmine quenquam.

6. OFFICIUM, Humanitatem, civilitatem, officium salutationis &c.

7. DEMISSO. *Demittere* hic est promittere, exertum scil.

9. GENEROSUM. Dignum genere suo.

10. VINDICTA. Apposite Virgilius

FABULA XXX.

RANÆ METUENTES TAURORUM PRÆLIA.

HUMILES laborant, ubi potentes dissident.
Rana in palude pugnam Taurorum intuens:
Heu quanta nobis instat pernicies, ait!
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
De principatu quum decertarent gregis,
Longeque ab illis degerent vitam Boves.
Est statio separata, ac diversum genus,
Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in secreta veniet latibula,
Et proculcatas obteret duro pede:
Caput ita ad nostrum furor illorum pertinet.

7. EST STATIO SEPARATA. Illi quidem nemora, & campos, nos stagna & pauldes incolimus.

11. CAPUT. Ab eorum pugna & certamine nostra salus pendet.

FABULA XXXI.

MILVUS, ET COLUMBÆ.

QUI se committit homini tutandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitium invenit.

Æneid. lib. xi. 406. ubi Drances a Turno hoc responsum accipit:
Numquam animam talem dextra hac (absiste moveri). Amittes: habitet tecum & sit pectore in isto.
Ubi vide Servium. Vid. & Martial. Epigr. xxii. & alia ejusdem de Lepore & Leone.

FAVOLA XXX.

Le Rane, che temono i combattimenti de' Tori.

Sono i plebei in gran periglio allora
Che vengono a tenzon fra loro i grandi.
Vide i Tori pugnar dalla palude
Una Rana: e a noi, dice, qual sovrasta
Strage crudel! Perchè, soggiugne un' altra,
Se per regger la mandra è la tenzone;
E lontan dagli stagni è il lor soggiorno?
Nè natura comun, nè tetto abbiamo,
Risponde; ma colui, che riman vinto,
I boschi abbandonando, negli stagni
Asconderassi, e noi fuggenti in vano,
Col duro piè schiacciando infrangerà:
Ed ecco a noi funesto il lor furore.

FAVOLA XXXI.

Il Nibbio e la Colomba.

Chi per difesa ad Uom tristo s' affida,
Danno e ruina, e non ajuta incontra.

Columbæ sæpe cum fugissent Milvum,
Et celeritate pennæ vitassent necem,
Consilium raptor vertit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare sollicitum potius ævum ducitis,
Quam regem me creatis icto fœdere,
Qui vos ab omni tutas præstem injuria?
Illæ credentes, tradunt sese Milvo,
Qui regnum adeptus, cœpit vesci singulas,
Et exercere imperium sævis unguibus.
De reliquis tunc una: Merito plectimur.

1. TUTANDUM. Qui se hominis improbi tutelæ committit.
5. *Consilium*. Vim ingenii.
8. ICTO. Inito fœdere. *Icere* vero dicitur, ut *ferire fœdus*, quia olim in confirmandis fœderibus victimæ

EXPLICIT. LIB. I.

EXPLICIT. Solebant veteres in fine librorum scribere *Explicit*, significare volentes, perventum esse ad finem voluminis, quod plane explicatum esset, & evolutum. Hieronym. ad Marcellam: *Solemus completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere* Explicit, *aut* Feliciter, *aut aliquid huiusmodi*. Formula autem hæc videtur esse decurtata ab *explicitus*, vel *explicitum*. Sic enim Martial. lib. XIV. Epigr. 1.

Versibus explicitum est omne duobus opus.

Quin imo veteres elegantioris notæ Codices adscriptum habeut: *Explicitus est liber* &c.



Spessa

Speſſo col ratto volo le Colombe
Il Nibbio predatore avean deluſo.
Alla frode e' ricorre. E perchè, dice,
Così angoſcioſi i voſtri dì menate?
Meglio ſora, che, fatta lega inſieme,
Il comando io n' ottenga; sì n' andrete
Per mia difeſa dagli oltraggj franche.
Credule al Nibbio, danſi in ſua balia,
Che fatto lor Signore, or queſta, or quella
Preſa fra' duri artiglj, ſi divora.
Una di quelle allor, ch' eran rimaſe:
Tale il volemmo, s' è crudel coſtui.

cædebantur, ut porca, de quo Virg. *Caſa jungebant fœdera porca.* xx. SINGULAS. Unam poſt alteram. Vulgo *veſci aliqua re:* Sed & accuſativus invenitur apud Tacitum, Virgilium, Terentium, alioſque.

Termina il Lib. I.



PHÆDRI
FABULARUM
LIBER SECUNDUS.



PROLOGUS.

Exemplis continetur Æſopi genus,
Nec aliud quicquam per fabellas quæritur,
Quam corrigatur error ut mortalium,
Acuatque ſeſe diligens induſtria.
Quicumque fuerit ergo narrantis jocus,
Dum capiat aurem, & ſervet propoſitum ſuum,
Re commendatur, non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem ſervabo ſenis:
Sed ſi libuerit aliquid interponere;
Dictorum ſenſus ut delectet varietas,
Bonas in partes, lector, accipias velim.
Sic iſta tibi rependet brevitas gratiam,
Cujus verboſa ne ſit commendatio.

1. Genus. Pro *genere mortalium* ſumitur, ut ordo talis ſit: Genus mortalium continetur exemplis Æſopi. Exempla vocat, quæ mox fabulas. *Continetur* autem abſolute, pro continetur in officio, coercetur, docetur: quod proprie eſt magiſtrorum.

6. Capiat. Delectet, teneat, admittatur auribus.

8. Senis. Æſopi, qui honoris cauſa ſic nominatur, ut infra lib. 3.

DELLE FAVOLE

DI FEDRO

LIBRO SECONDO.



Prologo.

De' mortali a i desiri impongon freno
Le fole, di che Esopo a noi fe' dono,
Onde il fallir comune si corregga,
E industre ingegno ad acuirsi apprenda.
Quinci, quale si vuol, siane il racconto,
Se dal proposto fin non s' allontani,
E diletti l' orecchio, illustre assai
Non per l' Autor, ma per se stessa è l' opra.
Del saggio Vecchio ad imitar lo stile
Impiegherò mie cure; ma s' alcuna
Cosa di mio frapporre unqua mi piaccia,
Sicchè diletto, variando, apporti,
Vo', che 'l lettor in buona parte il prenda.
Mia brevitade questo don vi porge,
Di cui prolissa esser non dee la lode.

fab. 3. *Naris emunctæ senex.*
10. Dictorum. Facetiarum, jocorum, fabularum. Sensus est, velle se quidem eas persequi, quas habet Æsopus, aliquando tamen etiam inserere, quas ipse invenerit.

FABULA I.

Juvencus, Leo, et Prædator.

Attende cur negare cupidis debeas,
Modeſtis etiam offerre quod non petierint.
Super Juvencum ſtabat dejectum Leo.
Prædator intervenit, partem poſtulans:
Darem, inquit, niſi ſoleres per te ſumere;
Et improbum rejecit. Forte innoxius
Viator eſt deductus in eundem locum,
Feroque viſo rettulit retro pedem.
Cui placidus ille: Non eſt quod timeas, ait,
Et quæ debetur pars tuæ modeſtiæ,
Audacter tolle. Tunc diviſo tergore,
Silvas petivit, homini ut acceſſum daret.
Exemplum egregium prorſus & laudabile;
Verum eſt aviditas dives, & pauper pudor.

Feſtivum eſt, quod ad hanc fabulam narrat Freinshemius de Ludovico XI. Galliarum Rege.

2. Modestis. Opponuntur hic modeſti *cupidis*, petacibuſque, atque intelliguntur tales, qui modicis ſunt contenti.

7. Est deductus. Incidit forte fortuna in eundem locum.

8. Rettulit retro. Receſſit. Geminatio hæc (nam *rettulit* ſufficiebat) bonis auctoribus eſt familiaris. Virg. Æn. lib. 9.

Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus
Improperata refert.



FAVOLA I.

Il Giovenco, il Leone e il Cacciatore.

A rigettar degli avidi le inchieste,
Ed a' modesti a offrir tuoi doni apprendi.
Stava sopra un Giovenco a terra steso
Fiero Leone. Un Cacciator là giunto
Ne chiede parte: Io lo farei, risponde;
Ma prenderne tu stesso hai per costume;
E sì l' ardir del temerario affrena.
In buon punto Uom dabben colà perviene,
Ma il Leon vede appena, e il piè ritira.
Ei mite: Non temer; dee tua modestia
Averne parte. Francamente prendila.
Il Bue divide, e fa ritorno al bosco.
Degno di lode esempio! e pur si vede
Povera la modestia, e l' ardir ricco!

Idem 2. Æneid.
Ex illo fluere & retro sublapsa referri.

10. Et quæ. Sensus est: Non est quicquam quod timeas; potius hic ex præda pars est aliqua, quæ debetur modestiæ tuæ; eam tolle.

14. Verum. Hoc vult: Licet sit laudabile præsens exemplum, pauci tamen id sequuntur, nempe quia paupertas cum pudore juncta est: at qui avidi sunt, divitias, & cum iis cetera consequuntur.



FABULA II.

Anus diligens Virum Ætatis Mediæ, item Puella.

A FŒMINIS utcumque ſpoliari viros,
Ament, amentur, nempe exemplis diſcimus.
Ætatis mediæ quemdam mulier non rudis
Tenebat, annos celans elegantia;
Animoſque ejuſdem pulchra juvenis ceperat.
Ambæ videri dum volunt illi pares,
Capillos homini legere cœpere invicem:
Quum ſe putaret fingi cura mulierum,
Calvus repente factus eſt; nam funditus
Canos puella, nigros anus evellerat.

2. AMENT, AMENTUR. Omiſſa eſt præpoſitio *Sive*.

4. TENEBAT. *Tenere* hoc loco eſt *poſſidere*, in ſua poteſtate habere. Eleganter vero & proprie illud verbum de meretriciis amoribus uſurpatur. Senſus eſt: Mulier non rudis (ſive, ut Naſo lib. 2. Amorum, Eleg. 2. *Jucundo non ruſtica cognita furto*) tenebat quemdam, ſcil. amore obſtrictum ſibi, velut vinculis. Virg. Ecl. 1.

FABULA III.

Homo, et Canis.

LACERATUS quidam morſu vehementis Canis,
Tinctum cruore panem miſit malefico,
Audierat eſſe quod remedium vulneris.
Tunc ſic Æſopus. Noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,

FAVOLA II.

La Vecchia, e la Giovane amanti d' un Uomo di mezza eta'.

O sien le Donne amanti, o pure amate,
Vi ſpogliano alla fine. Eccone eſempio.
Un Uom di mezza età due Donne amava;
Una colla lindezza gli anni aſconde:
Giovine e bella è l' altra; uguale amore
Mentre affettan moſtrargli entrambe, i crini
Gli ſvelgono a vicenda. Ei, che ſi crede
Che 'l puliſca lor cura, di repente
Calvo divien. I bianchi crin gli avea
Svelti la Giovinetta, e l' altra i neri.

Cum me Galatea tenebat.
5. Animosque. Et ipſe diligebat puellam.
6. Pares. Similes. Refertur ad externam ſpeciem, vel ætatem.
7. Legere. Cœperunt ſeligere una canos, altera nigros evellendos.
8. Fingi. Ornari. Alii legunt *pingi*, & exponunt quoque *ornari*. Certe infra eſt, *picte ſcribere*, id eſt ornate.

FAVOLA III.

L' Uomo e il Cane.

Un Uomo a Can rabbioſo, onde fu morſo,
Pane gittò nella ferita intinto,
Che rimedio opportuno eſſere udìo.
Dove ſien molti Can (ſoggiugne Eſopo)
Guardati di nol far, perchè altrimente
Ove tale mercè ſia della colpa,

Quum ſcierint eſſe tale culpæ præmium.
Succeſſus improborum plures allicit.

1. VEHEMENTIS. Ira concitati. 7. SUCCESSUS. Appoſite Livius lib. 22. 12. *Quæ peſſima ars nimis proſperis multorum ſucceſſibus crevit.*

FABULA IV.

AQUILA, FELES, ET APER.

AQUILA in ſublimi quercu nidum fecerat:
Feles cavernam nacta in media pepererat;
Sus nemoricultrix fœtum ad imam poſuerat.
Tum fortuitum Feles contubernium
Fraude, & ſceleſta ſic evertit malitia.
Ad nidum ſcandit volucris: Pernicies, ait,
Tibi paratur, forſan & miſeræ mihi.
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum inſidioſum, quercum vult evertere,
Ut noſtram in plano facile progeniem opprimat.
Terrore offuſo, & perturbatis ſenſibus,
Derepit ad cubile ſetoſæ Suis:
Magno, inquit, in periclo ſunt nati tui;
Nam ſimul exieris paſtum cum tenero grege,
Aquila eſt parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore poſtquam complevit locum,
Doloſa tuto condidit ſeſe cavo.
Inde evagata noctu ſuſpenſo pede,
Ubi eſca ſe replevit, & prolem ſuam,
Pavorem ſimulans proſpicit toto die.
Ruinam metuens Aquila ramis deſidet:
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia ſunt conſumpti cum ſuis:

Rimarrem tutti de' lor denti in preda.
Malvagio oprar se lieto fine ottenga,
I pravi esempj ad imitar ne invita.

FAVOLA IV.

L'Aquila, la Gatta e la Scroffa selvaggia.

L'aquila in cima d' una quercia annosa
Fatto avea il nido. Una selvaggia Scroffa
Depose i Porcelletti alla radice:
Nel cavo, ch' è nel mezzo, partoriti
Avea una Gatta i pargoletti suoi,
Che cotal camerata a caso unita
Con arti scellerate, e rie disciolse.
Dell' Aquila s' aggrappa al nido, e oh quale
Danno a te, dice, e forse a me sovrasta!
Col continuo scavar, che fa la Scroffa
La Quercia atterrar vuol, sicchè cadendo
I nostri figlj uccida. A cotai detti
Dell' Augel turba alto terrore i sensi.
Allor l' astuta corre in ver la Scroffa:
E in gran periglio, dice, è la tua prole:
Quand' uscirai con essa alla pastura,
L' Aquila è preparata a farne preda.
La Gatta dopo aver anche costei
Ripiena di timor, s' intana, e asconde;
Indi pian piano alla campagna uscendo,
Giunta la notte, del trovato cibo
Largamente se stessa, e i figlj pasce:

Felisque catulis largam præbuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis sæpe concinnet mali,
Documentum habere stulta credulitas potest.

3. NEMORICULTRIX. Cultrix nemoris. Sic est *genus altivolantum* apud Ennium *Pietaticultrix*, *gracilipes* apud P. Syrum. Veteres enim nonnulli in hujusmodi nominum compositione sibi mire placebant, imitati Græcorum libertatem.

FORTUITUM Statuunt quidam tertiam hujus vocis syllabam esse ancipitem, alii etiam brevem; sed falluntur. Horat. Odar. lib. 2. 15.

Nec fortuitum cernere cespitem
Leges sinebant.

9. APRUM INSIDIOSUM. Nescio cur hoc epitheton sollicitet Danetum, præferentem *insidiosam*, cum sermo sit de sue fœmina. Hoc nomen est ex iis, quæ maribus & fœminis sine discrimine sexus convenientia, Epicœna vocantur, & unum tantum habent genus, quod cognoscitur ex regula de terminatione: ut *hic passer*, *hæc vulpis*.

12. DEREPIT. Inde repit ab Aquila deorsum. Sic *degredi* pro descendere dicitur.

14. SIMUL. Statim, simulatque exieris.

18. SUSPENSO. Leni, tacito, ut

FABULA V.

CÆSAR AD ATRIENSEM.

EST ardelionum quædam Romæ natio,
Trepide concursans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi molesta, & aliis odiosissima.
Hanc emendare, si tamen possum, volo
Vera fabella: pretium est operæ attendere.
Cæsar Tiberius, quum petens Neapolim,
In Misenensem villam venisset suam,
Quæ monte summo posita Luculli manu,
Prospectat Siculum, & prospicit Tuscum Mare,
Ex alticinctis unus atriensibus,
Cui tunica ab humeris linteo Pelusio
Erat destricta, cirris dependentibus,

Qual timida, il dì tutto osserva, e guata.
L' Aquila in tanto neghittosa stassi
Su gli altri rami ad osservar la Scroffa.
Questa, i figlj perchè non le sien tolti,
Della tana non esce. Indi ambe, e' figlj
Di pura fame, morti a' suoi Gattucci,
Lauto convito l' empia Gatta appresta.
Quinci credulità stolta comprenda
Un frondolento qual ruina apporti.

ambulans non posset exaudiri. Sic *suspenso gradu placide ire* dixit Ter. Phorm. 5. 6.

20. Prospicit. Circumspectat, ac si & ipsa non auderet egredi, atque observaret molitiones scrophæ.

25. Bilingui. Fallax, duplex, fraudulentus. Virg. 1. Æn. *Tyriosque bilingues*. Plaut. Pœn. 5. 2. *Bisulci lingua*.

FAVOLA V.

Cesare al Custode dell' atrio.

Certa razza di gente abbiamo in Roma,
Che nulla fa, e in mille cure immersa,
Qua e là senza ragion corre affannosa,
Onde reca a se pena, onta ad altrui.
E' difficil l' impresa: pur m' accingo
Con non finto racconto ad emendarla;
E degno è ben ch' orecchio gli s' appresti.
Nel viaggio, che fe' Tiberio a Napoli,
Alla sua Villa di Miseno giunto,
Che 'n erto colle fabbricò Lucullo;
Sicchè il Mar di Sicilia a sua veduta
Ha soggetto, e da lunge il Tosco mira,
Fra gli alto-cinti Servidor dell' Atrio,

Perambulante læta Domino viridia,
Alveolo cœpit ligneo conſpergere
Humum æſtuantem, come officium jactitans:
Sed deridetur: inde notis flexibus
Præcurrit alium in xyſtum, ſedans pulverem:
Agnoſcit hominem Cæſar, remque intelligit.
Id ut putavit eſſe neſcio quid boni,
Heus, inquit Dominus. Ille enimvero adſilit:
Donationis, alapæ certe, gaudio.
Tum ſic jocata eſt tanti majeſtas Ducis.
Non multum egiſti, & opera nequicquam periit;
Multo majoris alapæ mecum veneunt.

1. ARDELIONUM. Hi ſunt, qui ſe omnibus negotiis immiſcent, ab *ardendo* dicti, quod pro *feſtinando* uſurparunt veteres. Itaque cum ſint avidi negotiorum, inquietive, ſemper curſitent, feſtinentque, tanquam magni aliquid habeant agendum, *ardeliones* nominantur. Sunt qui dictos exiſtimant ab Ardea avi, quia avis hujus inſtar huc & illuc volitant, & circumcurſant, dum omnibus ſe negotiis ſtudent immiſcere. Vide Voſs. Etymologic.

NATIO. Genus quoddam hominum. Sic fere Teren. Eun. 2. 17.

2. TREPIDE. Cum dubitatione, & incertitudine cauſæ ac propoſiti.

3. GRATIS ANHELANS. *Anhelans* hic negotioſum, occupatumque denotat, qui ob diſcurſationes crebas ſpiritum ægre ducit. *Gratis* autem *fruſtra* eſt, vel nullo cum fructu, nullo cum effectu, *nihil agens*, ut mox ſequitur.

6. VERA FABELLA. Vide quid dictum ſit ad præfat. Lib. 1. ubi *fictæ fabulæ*.

ATTENDERE. Attendere ad eam animum.

8. MISENENSEM. Domum ſuam ruſticam, a Miſeno Æneæ ſocio ſic dictam. In hac Tiberius etiam mortuus eſt.

9. LUCULLI. Summi & fortunatiſſimi Romanorum legati.

11. ALTICINCTIS. Negotioſos intelligit. Tales namque cingere veſtes alte ſolent, ne impediantur inter diſcurrendum. Horat. lib. 2.

Puer alte cinctus acerram
Gauſape purpureo menſam perterſit.

Conſule Ferrarium de re veſtiaria, 3. 7. Pign. de Servis pag. 271. & ea quæ ſequuntur pag. 461.

ATRIENSIBUS. Qui ſtabant in atrio domus, limenque cuſtodiebant. Vide T. Popma de operis ſervor. pag. 36.

12. PELUSIO. Peluſium erat oſtium Nili & civitas Ægypti feraciſſima lini, ex quo conficiebantur lintea.

13. DESTRICTA. Colligata, & quaſi conſuta.

CIRRIS. Hos cirros ſunt qui accipiant de plicis tunicæ. Alii putant eſſe fimbrias, oris extremis veſtium ſolitas aſſui. Vide Pignorium de ſervis pag. 461. Sed vide & Ferrar. de re veſtiaria par. 2. lib. 1. p. 39.

14. VIRIDIA. Loca arboribus vi-

Un, cui ſaſcia d' Egitto, dalle ſpalle
Tratta, la Veſte tal raggruppa e ſtringe,
Sicchè dal nodo ſien le falde ſciolte;
D' acqua ripien preſo un orciuol di legno,
Onde al Padron ſi moſtri ufficioſo
Che per verzure amene iva a diporto,
Il terren caldo innaffia. Ma il Padrone
Punto nol cura, indi per noti giri
In un altro vial il ſuo Signore
Precorre, ed ivi pur la polve ammorza.
L' aſtuzia di coſtui comprende il Duce,
E qual nel ſuo operar fin ſi proponga;
Ma vuol, che ſpeme lo luſinghi indarno:
Poſcia a ſe il chiama. Ei pronto ſi preſenta,
E lieto attende la guanciata amica,
Che libertade apporti. Sorridendo
Così ſcherzò la Maeſtà del Prence:
Poco hai tu fatto, ed hai perduta l' opra;
Che le guanciate mie più care io vendo.

rentibus, herbis, & graminibus conſita.

15. Alveolo. Ligneo vaſe, ex uno caudice excavato.

17. Flexibus. Compendiis viarum, notis divortiis. Virg. Æneid. 9.

Objiciunt equites ſeſe ad diverſia nota.

18. Xystum. Locum deambulationibus faciendis adornatum, conſitis utrinque platanis. Dicitur & neutro genere *Xyſtum*.

19. Remque. Animum, conſilium ardelionis, qui hoc factitabat gratiæ, & libertatis obtinendæ cauſa.

25. Alapæ. *Alapæ* pro libertate. Apud veteres enim, quando aliquem manumittebant, alapa percuſſum circumagebant, & liberum confirmabant apud Prætorem. Et ſic patebit ſenſus verſus 22.

Donationis, alapæ certe, gaudio. Ubi *alapa* per Metonymiam libertatem deſignat. *Certe* vero, quod ibi ſequitur, ſignificat *ad minimum*. Quomodo apud Ter. Andr. 4. 1. 16.

Atque aliquis dicat, Nihil promoveris.

Multum, moleſtus certe ei fuero.

Mecum. Domi meæ. Hoc dicit: Meæ domus ea diſciplina eſt, ut non tam facile, tamque parvo ſervi manumittantur.

Veneunt. Venduntur. Libertas tam exiguo pretio a me non venditur.

FABULA VI.

AQUILA, CORNIX, ET TESTUDO.

CONTRA Potentes nemo eſt munitus ſatis:
Si vero acceſſit conſiliator maleficus,
Vis, & nequitia quicquid oppugnant, ruit,
Aquila in ſublime ſuſtulit Teſtudinem,
Quæ quum abdidiſſet corneâ corpus domo,
Nec ullo pacto lædi poſſet condita,
Venit per auras Cornix, & propter volans:
Opimam ſane prædam rapuiſti unguibus,
Sed niſi monſtraro, quid ſit faciendum tibi,
Gravi nequicquam te laſſabis pondere.
Promiſſa parte, ſuadet ut ſcopulum ſuper
Altis ab aſtris duram inlidat corticem,
Qua comminuta facile veſcatur cibo.
Inducta verbis Aquila, monitis paruit,
Simul & magiſtræ large diviſit dapem.
Sic tuta quæ naturæ fuerat munere,
Impar duabus occidit triſti nece.

2. SI VERO. Ter. Andr. 1. 2. 18. *Si quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum.* Quod idem eſt. Nam infra cornicem vocat etiam *Magiſtram*.

3. VIS. Quicquid eſt quod vis & nequitia oppugnant, id ruit, ſi acceſſerit ad potentem conſiliator maleficus. Jungit auctor potentem, & conſiliatorem maleficum. Huic nequitiam, illi vim tribuit. Conjuncta iſta ait ſi oppugnent, quicquid ſit, quamvis tutum ſe putet, ruere.

7. PROPTER. Scil. aquilam, id eſt, juxta, in vicinia, in propinquo. Sic utuntur melioris ævi poëtæ. Virg. in Ecl.



FAVOLA VI.

L'Aquila, la Cornacchia e la Testuggine.

Nessun contro a un potente è assai difeso;
Ma se rio consigliero a lui s' aggiunga,
Nequizia a forza unita il tutto atterra.
Trasse l' Aquila in alto una Testuggine,
Che tutta ascosa entro la dura scorza
Non lascia, che l' Augel le faccia offesa:
Vien colà una Cornacchia, e avvicinata:
Pingue è, dice, tua preda: pur m' avveggio,
Che se ciò, che far debba, io non t' addità,
Andrai di grave peso indarno carca.
Parte a lei le promette. L' altra allora:
Ver l' alte stelle innalza il volo, e a piombo
Sopra uno scoglio l' abbandona, e infranta
La dura scorza, a tuo piacer l' addenta.
Pronto l' Augel l' innalza, ed ottenuto
Dal rio consiglio fortunato evento,
Ricca parte ne dona alla Cornacchia:
Così colei difesa da natura,
Tal ch' una darle morte unqua non seppe,
Quella, in cui due s' unir, campar non puote.

Propter aquæ rivum. 12. Altis ab astris. Poëtice, pro e sublimi, ex summa parte aëris.

Corticem. Abusive pro testa: Supra corneam domum.



FABULA VII.

MULI, ET LATRONES.

MULI gravati ſarcinis ibant duo.
Unus ferebat fiſcos cum pecunia,
Alter tumentes multo ſaccos hordeo.
Ille onere dives, celſa cervice eminens,
Clarumque collo jactans tintinnabulum:
Comes quieto ſequitur, & placido gradu.
Subito latrones ex inſidiis advolant,
Interque cædem ferro mulum truſitant,
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur caſus quum fleret ſuos:
Equidem, inquit alter, me contemtum gaudeo;
Nam nihil amiſi, nec ſum læſus vulnere.
Hoc argumento tuta eſt hominum tenuitas:
Magno periclo ſunt opes obnoxiæ.

2. FISCOS. Corbes ſparteos, in quibus recondebant Romani pecuniam publicam & imperatoriam.

7. LATRONES. Ita dicti, quod a latere adoriuntur, vel latenter inſidiantur.

TRUSITANT. Vox obſoleta. Vulnerant: quod patet ex verſu 12.
Nam nihil amiſi, nec ſum læſus vulnere.
Hoc *truſitant* minus probat Danetus, quod tamen in textum recepit,

---

FABULA VIII.

CERVUS, ET BOVES.

CERVUS nemoroſis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret inſtantem necem,

FA-

FAVOLA VII.

I Muli e i Ladroni.

Givan due Muli di gran ſoma carchi.
Gravi di pubblico oro, ed ampie ceſte
Portava l'un; ſacchi pien d'orzo l'altro.
Superbo il primo per lo ricco peſo
Scuotendo acuto campanel dal collo,
Erta tien la cervice, ed orgoglioſa:
Dimeſſo l'altro, e chetamente il ſegue.
Quand'ecco i Ladri dagli agguati ſcaglianſi
Contro del Mulo altiero, e nella zuffa,
In cui la ricca ſoma a lui s'invola,
Soffrir più colpi all'infelice è forza
Il vil peſo dell'altro hanno in diſpregio.
Mentre il compagno della ſorte duolſi:
A gran prò (dice il primo) io fui negletto:
Neſſun ferimmi, e intero l'orzo io ſerbo.
Sicure ſon le povere fortune;
Son le opulente a gran perigli eſpoſte.

& præferre videtur *rudiitant*, Meurſium ſecutus, repugnante metri ratione.

13. Hoc argumento. Hac fabula demonſtratur pauperes vitam tutam agere &c.

FAVOLA VIII.

Il Cervo e i Buoi.

Scacciato fuor da' naſcondigli il Cervo
Da fiero cacciator, ch'a morte il cerca;

Cæco timore proximam villam petit,
Et opportuno ſe bubili condidit.
Heic Bos latenti: Quidnam voluiſti tibi,
Infelix, ultro qui ad necem cucurreris,
Hominumque tecto ſpiritum commiſeris?
At ille ſupplex: Vos modo, inquit, parcite,
Occaſione rurſus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt vices.
Frondem bubulcus adfert; nec ideo videt.
Eunt ſubinde & redeunt omnes ruſtici,
Nemo animadvertit: tranſit etiam villicus,
Nec ille quicquam ſentit. Tum gaudens ferus
Bubus quietis agere cœpit gratias,
Hoſpitium adverſo quod præſtiterint tempore.
Reſpondit unus: Salvum te cupimus quidem;
Sed ille, qui oculos centum habet, ſi venerit,
Magno in periclo vita verſatur tua.
Hæc inter ipſe dominus a cœna redit:
Et quia corruptos viderat nuper Boves,
Accedit ad præſepe: Cur frondis parum eſt?
Stramenta deſunt. Tollere hæc aranea
Quanti eſt laboris? Dum ſcrutatur ſingula,
Cervi quoque alta eſt conſpicatus cornua,
Quem convocata jubet occidi familia,
Prædamque tollit. Hæc ſignificat fabula:
Dominum videre plurimum in rebus ſuis.

1. EXCITATUS. Proprie de venatione dicitur.

2. VENATORUM. Necem a venatoribus inferendam.

4. BUBILI. Dicitur a *bubus*, contracte pro bovibus; eſtque Adjectivum, in quo ſubauditur *Stabulum*. Vide Voſs. de Anal. 1. 21.

10. EXCIPIUNT. Succedunt diei.

13. ANIMADVERTIT. Cervum ibi latitantem.

VILLICUS. Qui totius villæ habet curam, caput ruſticæ familiæ. Vide Pign. de ſervis pag. 540. & Popm. de oper. ſerv. pag. 33.

15. QUIETIS. *Quietis* adjectivum

Tal ha timor, nella vicina Villa,
Entro a una stalla celasi fra' Buoi.
Quando un dì lor: misero, in bocca a morte
Entro abituro uman tua vita affidi?
Qui lasciatemi: a lui soggiugne il Cervo:
Quando il vorrà fortuna a' boschi io riedo.
La notte vien, e a' Buoi la fronde arreca
Il bifolco, nè il Cervo ivi discopre.
Vengono gli altri tutti, e pur di tanti
(Fra' quali evvi il fattor) nessun l' osserva;
Sicchè a' Buoi, da cui fu tratto da morte,
A render grazie il Cervo s' accingea.
Bramiam bensì, che salvo al bosco rieda,
Rispondon; ma, se vien quel, ch' ha cent' occhi,
Fia tua vita in periglio. Appena il dicono,
Che ritorna il padron da cena, e visto
Poc' anzi i Buoi negletti, a lor s' accosta
E perchè, dice, senza fronda, e senza
Strame sì li lasciate? Oh gran fatica
Toglier via queste ragnatele! In somma
Mentre tutto ricerca, e tutto osserva,
Scuopre all' eccelse corna il Cervo ascoso.
Ei chiama la famiglia: il prende, e uccide.
La Favola tal senso in se racchiude:
Vede acuto il padron nelle sue cose.

est, non substantivum, conveniens cum bubus. *Quietos* vocat, quod non prodidissent latitantem.

18. QUI OCULOS. Herum ipsum ea notat periphrasis, quæ eleganter curam ejus, ac perspicaciam depingit, allusione ad Argum, cui centum erant oculi.

21. CORRUPTOS. Male habitos, macie perditos.

23. ARANEA. Telas intelligit. Nempe *araneus, a, um*, adjectivum est. Hinc *araneum* neutraliter & absolute, opus aranearum, subaudito *textum* vel *rete*. Sic Petronius dixit, *araneis oleo madentibus*, id est telis aranearum.

26. FAMILIA. Servis rusticis.

EPILOGUS.

ÆSOPI ingenio ſtatuam poſuere Attici,
Servumque collocarunt æterna in baſi,
Patêre honoris ſcirent ut cuncti viam,
Nec generi tribui, ſed virtuti, gloriam.
Quoniam occuparat alter, ne primus forem,
Ne ſolus eſſet, ſtudui, quod ſuperfuit.
Neque hæc invidia, verum eſt æmulatio.
Quod ſi labori faverit Latium meo,
Plures habebit quos opponat Græciæ,
Si livor obtrectare curam voluerit,
Non tamen eripiet laudis conſcientiam.
Si noſtrum ſtudium ad aures pervenit tuas;
Et arte fictas animus ſentit fabulas,
Omnem querelam ſubmovet felicitas.
Sin autem & illis doctus occurrit labor,
Siniſtra quos in lucem natura extulit,
Nec quicquam poſſunt niſi meliores carpere,
Fatale exitium corde durato feram,
Donec fortunam criminis pudeat ſui.

1. ATTICI. Athenienſes. Attica eſt regio Achajæ, in qua Athenæ.

2. SERVUMQUE. Licet foret ſervus, nempe quia his conceſſus iſte honor non fuit.

5. QUONIAM. Ordo eſt: Studui ne alter eſſet ſolus (fabulator) quoniam occuparat (id eſt, anteverterat me) ne forem primus: quod (unum mihi) ſuperfuit: id eſt, relictum erat, vel proximum erat.

7. ÆMULATIO. Hæc vox proprie de diſcipulis dicitur, qui præceptorem imitantur. Ita quidem hic ſumitur. Ceterum hæc vox duplicem habet ſignificationem, alteram ad laudem, alteram ad culpam. Cic. de ea lib. 4. Tuſc. cap. 8. *Dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude, & in vitio nomen hoc ſit: nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi*



Epilogo.

All' ingegno d' Esopo eresse Atene
Un simulacro, e in base eterna un Servo
Pose, perchè si veggia, che virtude,
Non chiarezza di sangue onore arreca.
Quantunque nella gloria e' mi prevenne,
Pur questo almen potei, ch' ei sol non fosse;
Non già livor, emulazion mi spinse.
Che se 'l Lazio mie cure e approvi, e onori,
Ei molti avrà da star co' Greci a fronte.
S' a condannarmi invidia imprenda, il merto
Fra se stessa approvar sarà costretta.
Se poi tue orecchie il mio lavor diletti,
E a rilevar pervenga l' opra mia
Le querele a sbandir, ciò sia bastante.
Se cada in man di quei, cui ria natura
De' buoni a roder l' opre a vita trasse,
Costante il soffrirò finchè conosca
Fortuna il suo delitto, e rossor n' abbia.

eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipse careat. Æmulatio itaque degenerans nil nisi invidia est.

11. Eripiet. Mihi scilicet, quippe qui me ista sic scripsisse scio, ut promeritus sim laudem.

13. Sentit. Si experiris, scriptas esse has fabulas non inepte, sed arte singulari.

14. Submovet. Tam felix sum, ut nihil habeam quod querar.

15. Occurrit. Ad aures, ad manus eorum pervenit, qui maligni sunt.

16. Extulit. Protulit, edidit.

18. Exitium. Calumniam, injuriam.



PHÆDRI

FABULARUM

LIBER TERTIUS.



PROLOGUS AD EUTYCHUM.

Phædri libellos legere si desideras,
Vaces oportet, Eutyche, a negotiis,
Ut liber animus sentiat vim carminis.
Verum, inquis, tanti non est ingenium tuum,
Momentum ut horæ pereat officii mei.
Non ergo caussa est manibus id tangi tuis,
Quod occupatis auribus non convenit.
Fortasse dices: Aliquæ venient feriæ,
Quæ me soluto pectore ad studium vocent.
Legesne, quæso, potius viles nenias,
Impendas curam quàm rei domesticæ,
Reddas amicis tempora, uxori vaces,
Animum relaxes, otium des corpori,
Ut adsuetam fortius præstes vicem?
Mutandum tibi propositum est & vitæ genus,
Intrare si Musarum limen cogitas.
Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,
In quo Tonanti sancta Mnemosyne Jovi
Fœcunda novies Artium peperit chorum,
Quamvis in ipsa pene sim natus schola,
Curamque habendi penitus corde eraserim,
Et laude multa vitam in hanc incubuerim,
Fastidiose tamen in cœtum recipior.
Quid credis illi accidere, qui magnas opes

DELLE FAVOLE
DI FEDRO
LIBRO TERZO.



PROLOGO AD EUTICO.

Se legger brami, Eutico, i libri miei,
Ogni cura allontana, onde alla sciolta
Mente de' versi la forza pervenga.
Ma il tuo ingegno non merta, a me rispondi,
Ch' un sol momento al mio dover si rubi.
Dunque sia me', che ciò tua man non tocchi,
Ch' ad occupate orecchie mal s' adatta.
Ma tu soggiugni: verran poi le ferie,
Ove agli studj dagli affari io rieda.
Fia dunque allor ch' a' scherzi e fole attenda,
Quando richiamin te, già dalle cure
Sciolto, e moglie, ed amici, e casa: allora
Che 'l corpo oppresso, e la già stanca mente,
Giusto sollievo, e brieve ozio richiegga;
Da cui più franco al primo oprar ritorni?
Altro impiego deh prendi, altri costumi,
Se delle Muse a' liminari aspiri.
Io, che pur nacqui sull' Aonio giogo,
U' diè alla luce l' alma Dea Mnemosine
Di nove figlie il nobil Coro a Giove,
E chiara lode ottenni da tai studj,
Ove i natali in certa guisa io trassi;
Io, cui brama d' aver unqua non prese;
Nella sacra famiglia a stento, e appena

Exaggerare quærit omni vigilia,
Docto labori dulce præponens lucrum?
Sed jam, quodcunque fuerit (ut dixit Sinon,
Ad regem quum Dardaniæ perductus foret)
Librum exarabo tertium Æſopi ſtilo,
Honori & meritis dedicans illum tuis:
Quem ſi leges, lætabor; ſin autem minus,
Habebunt certe quo ſe oblectent poſteri.
  Nunc Fabularum cur ſit inventum genus,
Brevi docebo. Servitus obnoxia
Quia quæ volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas tranſtulit,
Calumniamque fictis eluſit jocis.
Æſopi illius ſemita fecit viam,
Et cogitavi plura quam reliquerat,
In calamitatem deligens quædam meam.
Quod ſi accuſator alius Sejano foret,
Si teſtis alius, judex alius denique,
Dignum faterer eſſe me tantis malis,
Nec his dolorem delenirem remediis.
Suſpicione ſi quis errabit ſua,
Et rapiet ad ſe quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conſcientiam.
Huic excuſatum me velim nihilominus[1].
Neque enim notare ſingulos mens eſt mihi;
Verum ipſam vitam & mores hominum oſtendere.
Rem me profeſſum dicet fors aliquis gravem:
Si Phryx Æſopus potuit, Anacharſis Scytha,
Æternam famam condere ingenio ſuo:
Ego literatæ qui ſum propior Græciæ,
Cur ſomno inerti deſeram patriæ decus?
Threiſſa cum gens numeret auctores ſuos,
Linoque Apollo ſit parens, Muſa Orpheo,
Qui ſaxa cantu movit, & domuit feras,
Hebrique tenuit impetus dulci mora.

Mi veggio ammeſſo. E che avverrà a colui,
Che, purchè all' oro altro nuovo oro aggiunga,
Cui più del letterario acquiſto apprezza,
Nulla cura il vegliar le notti intere?
Ma comunque ſia queſto (come a Priamo
Diſſe Sinon, condotto a lui davanti)
Il terzo Libro delle mie Novelle,
Ove Eſopo a ſeguir induſtre impreſi,
Al merto ed onor tuo conſacro, e ſcrivo.
Mel recherò, ſe il leggi, a gran ventura;
Se no, diletto i poſteri n' aranno.
Or brievemente qual origin traſſe
La Favola dirò. Per iſcoprire
Ciò, che 'n paleſe un ſervo non ardio,
(Sì di ſua ſorte il ſan cauto i perigli)
I ſenſi ſuoi in favole rinvolſe,
E al livor con novelle ſi ſottraſſe.
Il varco aprimmi Eſopo: io dietro a lui
Più di ciò, ch' egli ſcriſſe, inventar ſeppi,
Da cui la parte ſcegliere mi piacque,
Che ſembrommi più acconcia a mia ſventura.
Se 'l teſtimon, l' accuſator, il giudice
Non foſſe un ſol Sejano, io mi diria
Dal mal, che ſoffro, giuſtamente oppreſſo,
Nè di cotal conforto in cerca andrei.
Che ſe taluno il ſuo ſoſpetto inganni,
E a ſe ciò tragga, onde il comune io pungo,
Porrà lo ſtolto in chiaro i ſuoi rimorſi.
Ma coſtui pur vo', che mia ſcuſa aſcolti.
Neſſun addito: il pubblico coſtume
Io ſol diſvelo. E' malagevol l' opra;
Ma s' Anacarſi Scita, e il Frigio Eſopo
Eterna fama coll' ingegno loro
Acquiſtaro; io, che nacqui a' dotti Greci

Ergo hinc abesto, Livor, ne frustra gemas:
Quoniam mihi solemnis debetur gloria.
Induxi te ad legendum: sincerum mihi
Candore noto reddas judicium peto.

2. Negotiis. Curis publici officii: unde etiam *negotiosa vita*, quæ opponitur privatæ & otiosæ. & contemplationi literisque deditæ.

5. Momentum. Minimum temporis, horævе punctum, quæ hora, vel quod tempus officio est destinatum. Itaque *officium* de munere publico accipitur, quod sustinebat Eutychus, forsan in aula principali, audiens sollicitantium preces, & ad Principem deferens.

8. Feriæ. Dies, quibus nihil agere erat licitum.

10. Nenias. Ineptias, fabulas inutiles. *Nenia*, carmen, quo mulcentur aures puerorum.

12. Uxori vaces. Fabuleris cum uxore, seria & jocos misceas, agas, quæ quoquo modo ei esse possunt grata & jucunda, quod nempe non potes diebus aliis, occupatus negotiis. Thomas Morus æternum Angliæ decus, ad hanc rem convenienter in Præfation. Utopiæ ad Petrum Ægidium: *Dum foris totum ferme diem aliis impertior, reliquum meis, relinquo mihi, hoc est, literis, nihil. Nempe reverso domum, cum uxore fabulandum est, garriendum cum liberis, colloquendum cum ministris. Quæ ego omnia inter negotia numero, quando fieri necesse est, (necesse est autem, nisi velis esse domi tuæ peregrinus) & danda omnino opera est, ut quos vitæ tuæ comites aut natura providit, aut fecit casus, aut ipse delegisti, bis ut te quam jucundissimum compares*, & quæ ibi sequuntur.

14. Præstes vicem. *Vicem* pro munere. *Præstare* est peragere. Sic Cicero, *munus suum præstare*.

15. Propositum. Ratio, institutum. Ita hæc vox usurpatur ab auctoribus. Justinus lib. VI. c. 8. de Epaminonda: *Neque ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit*. Seneca Epist. 68. *Aliud proposito tuo nomen impone*. Ubi *propositum* vocat institutum Lucilii in secessu vivendi.

17 Pierio. Pierius mons Thessaliæ, in Macedoniæ confinio, Musis sacer, quæ ex eo Pierides dictæ sunt.

18. Mnemosyne. Nympha Pieria, quæ habuit ex Jove novem Musas. Vox Græca est *μνημοσύνη*, quæ memoriam significat. Poetæ hanc Musarum matrem finxere, quia omnium scientiarum thesaurus beneficio memoriæ acquiritur & conservatur. Habet vero nomen novem literas pro numero filiarum.

Fœcunda novies. Quæ novem fœtus edidit uno partu.

Chorum. Chorus proprie est coævorum cantus & saltatio in tragœdiis aut comœdiis. Accipitur vero improprie pro quovis personarum numero, & hic pro novem Musis, quæ dicuntur artes invenisse.

20. Quamvis. Ita est hujus versus lectio constituenda, & sic metrum conservandum: quod vidit primus Nobilissimus Heinsius. Omnes editiones præferunt:

Quamvis in ipsa natus sim pene schola.

Habendi. Suppl. rem, pecunias. *Amor habendi* apud Ovidium, pro avaritia:

Tempore crevit amor, qui nunc est summus habendi.

Et Horat. 1. Ep. 7.

Amore senescit habendi.

22. In cœtum. Musarum.

27 Ut dixit. Sinonis oratio apud Virg. 2. Æn. sic incipit:

Più vicin, lascerò, che neghittoso
Sonno a' miei Traci un giusto onor rapisca?
Nè il primo già sarò, che vantin essi
Fra' dotti spirti: ebbero un Lin d' Apollo,
Ed Orfeo delle Muse illustri germi,
Costui le pietre al dolce canto trasse:
Placò le fiere, e l' Ebro altier rattenne.
Dunque sen parta Invidia: ella in van piagne.
Di chiara lode è degno il mio lavoro.
Alfin t' ho indotto a leggere: un sincero
Dal tuo noto candor giudicio attendo.

Cuncta equidem tibi Rex, fuerit quodcumque, fatebor. Ceterum hic Sinon fuit filius Sisyphi, nepósque Autolyci, Græcus versipellis & veterator, qui obsessa Troja a Trojanis se capiendum obtulit, & ad Priamum Regem deductus, ipsi persuasit abiisse Græcos, atque equum illum ingentem in urbem ducendum.

20. Regem. Priamum Regem Trojanorum, qui vocati sunt Dardanii a Dardano filio Jovis & Electræ, qui Regnum Trojanum condidit, unde & ipsa regio Dardania dicta est. Postea urbs provinciæ caput dicta fuit Troja, & populus Trojani, a Troe atavo Priami,

30. Honori et meritis. Ex veteri formula, quæ in Inscriptionibus frequens.

34. Servitus. Æsopus servus. Servivit enim is Xantho Philosopho.

Obnoxia. Arbitrio ac potestati alienæ subjecta.

36. Affectus. Non intelligit perturbationes, sed res, quæ accidebant ipsi, quæ eum afficiebant. Hoc vult, omnes casus, qui venerant, omnem injuriam, qua afficiebatur, ultum esse fabula.

38. Semita. *Semitam* & *viam* conjunxit & Cicero Accus. a. in Verr. cap. 23. *Attendite. Jam intelligetis hanc pecuniam, quæ via modo visa est exire ab isto, eadem semita revertisse. Semita* autem est quid minus tritum quam via. Primus Æsopus materiam fabularum reperit, quam ego polivi versibus. Sic effeci ut illius semita, quam primus triverat evaderet via. Semita enim fit via, cum a plurimis frequentatur, & sic vulgatur magis.

41. Alius Sejano. Præpositio omissa, pro *a Sejano*, hoc est, quam Sejanus. Vide de hac constructione Gerard. Jo. Vossium de Construct. cap. 14. Sejanus pro arbitrio cuncta gessit sub Tiberio, suamque latissime exercuit potestatem. In ejus odium incidit Phædrus, qui ab eo variis criminibus accusatus vix evasit incolumis; cum ille esset & accusator, & judex.

42. Judex. Vox *Judicis* vim Sejani innuit.

45. Suspicione. Si quis suspicabitur se his tangi. Cic. pro Lege Manilia cap.13. *Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui, hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri.*

51. FORS. Forsan, forsitan, adverbialiter.

52 PHRYX. In Phrygia natus, quæ est regio Asiæ minoris.

ANACHARSIS. Pro & *Anacharsis*. Sic. fab. 9. lib. 1.

> *Oppressum ab Aquila, fletus edentem graves*;

pro & *fletus edentem*. Anacharsis fuit Philosophus Scythicus multa sapientia & doctrina præditus, qui summa usus est libertate in carpendis hominum moribus, multaque præclare dicta posteritati reliquit.

53. CONDERE. Extruere, parare famam.

56. THREISSA. Thracia. Indicat vero Phædrus se gente Thracem esse, ideoque Græciæ, eruditionis parenti, propiorem, quam erat vel Æto-

FABULA I.

ANUS AD AMPHORAM.

ANUS jacere vidit epotam amphoram,
Adhuc Falerna fæce, e testa nobili
Odorem quæ jucundum late spargeret.
Hunc postquam totis avida traxit naribus:
O suavis anima, quale in te dicam bonum
Antehac fuisse, tales cum sint reliquiæ!
Hoc quo pertineat, dicet qui me noverit.

1. AMPHORAM. Vinarium vas octo & quadraginta sextarios continens. In his vasis vinum Falernum servabatur.

2. FALERNA FÆCE. Falerni vini fæce. Falernus mons & ager erat Campaniæ: ager frumenti, mons vini generosissimi ferax. Horat. 2. Sat. 2.

> *Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna*
> *Vina, columbino limum bene colligit ovo.*

Apud Prudentium 2. hymn. 226. est *Mustum Falernum*.

NOBILI. Quia inscriptum habebat titulum tam celebrati vini. Solebant enim inscribere istis amphoris nomen vini, ubi & quando esset natum, in quibus condebatur. Nobilis quoque dici potest ob materiam, e qua erat conflata.

5. ANIMA. Alloquitur amphoram, eamque anus vinolenta rerum omnium carissimam ducens, & deli-



pus Phryx, vel Anacharsis Scytha.

57. LINOQUE. Linus filius Apollinis & Terpsichoræ, aut, ut alii volunt, Mercurii & Uraniæ. Fuit Musicus & Poeta Thebanus.

ORPHEO. Is fuit genere Thrax, filius Apollinis & Calliopes, quem a Mercurio, aut a patre Apolline ferunt accepisse lyram, qua tantum valuit ut cantu silvas & saxa moverit, reduxeritque uxorem suam Eurydicen ab inferis. Fuit occisus a Mænadibus juxta Hebrum fluvium.

59. HEBRIQUE. Hebrus fluvius Thraciæ ex Hæmo monte oriens, & in Ægeum mare exiens.

62. INDUXI. Scio, me his compulisse te ut legas.

F A V O L A I.

LA VECCHIA ALL' ANFORA O SIA ORCIOLETTO VOTO.

Vide una Vecchia un orcioletto voto
Giacer negletto, in cui v' eran rimasi
Di buon Falerno preziosi avanzi;
La cui fragranza d'ogni intorno sparsa,
Con le narici quanto puote, attratta,
O che soave odor! le dice: o quanto
Di buono sarà stato in te una volta,
Se tanto n' hanno i rimasugli ancora!
Ciò, ch' io dir voglio, sa chi mi conosce.

cium suum faciens, blande suavem animam appellat; scilicet ut Cicero carissimis suis scribens, *vos animæ meæ*, inquit. Sic devota vino vetula amphoram veluti corculum amplexa, o suave olens animula, inquit: quales delicias, quale in te bonum antheac fuisse dicam, in qua tales sunt reliquiæ, & fæces ipsæ divinum quendam odorem spirant! Vid. elegantem locum de muliere vini avida apud Plaut. Curcul. Act. 1. sc. 2.

7. HOC QUO PERTINEAT. Senectutem suam consolatur Phædrus. Vult ex hoc ultimæ senectutis, quæ est quasi fæx vitæ, opusculo fabularum posse colligi, qualis fuerit integra adhuc ætate. Meminit & alibi senectutis suæ, ut intra lib. 4. fab. 25. & lib. 5. fab. 10.



FABULA II.

PANTHERA, ET PASTORES.

SOLET a despectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foveam decidit;
Videre agrestes: alii fustes congerunt,
Alii onerant saxis; quidam contra miseriti,
Periturae quippe, quamvis nemo læderet,
Misêre panem, ut sustineret spiritum.
Nox insecuta est; abeunt securi domum,
Quasi inventuri mortuam postridie.
At illa vires ut refecit languidas,
Veloci saltu fovea se se liberat,
Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis, provolat,
Pecus trucidat, ipsos Pastores necat,
Et cuncta vastans, sævit irato impetu.
Tum sibi timentes, qui feræ pepercerant,
Damnum haud recusant, tantum pro vita rogant.
At illa: Memini qui me saxo petierint,
Qui panem dederint; vos timere absistite,
Illis revertor hostis, qui me læserant.

2. IMPRUDENS. Improvida, non providens.

4. ALII. In dimetiendo hoc versu *Ali* est pro *alii*: ut sæpe *ingeni* pro *ingenii*, aliaque ejusmodi. Nulla enim alia ratione constabit.

6. SUSTINERET. Servaret vitam. Nam *sustinere* est tenere, ne sc. discedat.

18. ABSISTITE. Desistite. Sic optimi auctores, Virg. 8. Æn. v. 403,

Absiste precando
Viribus indubitare tuis.

Idem lib. 6. *Absiste moveri*. Columell. 12. 19. *Nec absistat id facere*.

FAVOLA II.

La Pantera e i Pastori.

Soglion gli offesi il controccambio rendere.
Inavvedutamente una Pantera
Sdrucciolò nella fossa: de' Villani,
Chi pietre contra, e chi legni le avventa.
Altri però di lei mossi a pietade,
(Poichè, s' alcun non le portasse offesa,
Pur la trarrebbe sua sventura a morte)
Le gittan pane, onde alcun tempo viva.
Notte si fa: ciascun, che si lusinga
Di morta ritrovarla il dì vegnente,
Ogni timor sbandito, a casa riede.
Ma la Pantera poi ch' ebbe col cibo
Ristorate le forze, un lieve salto
Dalla fossa spiccando, al suo covile
Veloce torna. Indi a non molti giorni
Repente uscendo Uomini, e gregge assale;
E ruine all' intorno, e morti arreca.
Allor quei, ch' alla fiera dier perdono,
La vita in don le chieggono; ed ogni altro
Danno a patir son pronti. E ben sovviemmi,
E chi sassi avventommi, ella risponde,
E chi pan mi gettò. Voi non temete:
Di quei, che m' oltraggiar, nemica io riedo.

FABULA III.

Æsopus et Rusticus.

Usu peritus hariolo velocior
Vulgo esse fertur, causa sed non dicitur:
Notescet quæ nunc primum fabella mea.
Habenti cuidam pecora pepererunt oves
Agnos humano capite: monstro exterritus
Ad consulendos currit, mœrens hariolos.
Hic pertinere ad domini respondet caput,
Et avertendum victima periculum.
Ille autem affirmat conjugem esse adulteram,
Et insitivos significari liberos:
Sed expiari posse majori hostia.
Quid multa? variis dissident sententiis,
Hominisque curam cura majore aggravant.
Æsopus ibi stans, naris emunctæ senex,
Natura numquam verba cui potuit dare:
Si procurare vis ostentum, Rustice,
Uxores, inquit, da tuis pastoribus.

1. Usu. Homo multæ experientiæ, ingenio velocior esse dicitur ad conjectandum, quam vates.

2. Causa. Non, quare sit velocior, id enim in sequentibus non agitur, sed unde natum sit hoc vulgi dictum.

7. Caput. Vitam, salutem. Vid. lib. 1. fab. 14.

Qui capita vestra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commisit pedes.

8. Victima. Intelligitur taurus. Hoc enim proprie victima veteribus. Mox:

Expiari posse majori hostia.

Solebant enim monstra & prodigia hostiis procurari, idque ex consilio & præscripto augurum & aruspicum, Quindecimque virorum, qui libros Sibyllinos super hac re adibant & inspiciebant: ut sc. averruncaretur malum, quod illa minabantur. Neque tantum in portentis ac prodigiis sed etiam in somniis paulo tristioribus procurandis expiandisque mire superstitiosi erant.

FAVOLA III.

Esopo ed un Villano.

Uom ſperto ne ſa più d'un Indovino,
Dice il proverbio: ma il perchè non dice.
Paleſe ora ſarà dal mio racconto.
Fu un Uom ricco di mandre, a cui gli agnelli
Nacquer con teſta umana. Egli atterrito
Dal nuovo moſtro, a conſultar ſen corſe
Varj Indovini. L'uno aſpra ventura
Diſſe a lui minacciarſi, ed il periglio
Doverſi allontanar co' ſacrificj:
Affermò l' altro adultera la Moglie
Significarſi, ed anneſtati i Figli;
Ma poterſi eſpiar con maggior oſtia.
I diſcordi pareri al pover Uomo
Creſcean di nuovi affanni il primo affanno.
Eſopo allor, uom di purgato naſo,
Cui vender ſole non potea Natura:
Se allontanar vuoi, diſſe, il triſto augurio,
Dà moglie, Amico mio, a' tuoi Paſtori.

10. Insitivos. Alienæ familiæ per dolum inſitos, id eſt, nothos. Metaph.

13. Cura majore. Propter diſſenſum & incertitudinem interpretationis, ac propterea remedii quoque.

14. Naris emunctæ. Horatianum eſt de iis, qui rem poſſunt ſubodorari, hoc eſt, occultam indagare, atque intelligere.

15. Verba. Quem natura non potuit externa ſpecie decipere.

16. Procurare. Solennis vox augurum eſt, ſignificatque avertere, & a cervicibus noſtris depellere. Vid. Hieron. Magii Miſcellan. l. 1. c. 20. & Probus ad Virg. 1. Georgic. pag. 134.

17. Uxores. Abuſive, pro contubernalibus, conjunctis, concubinis. Sic enim proprie dicebantur, quæ conjunctæ erant ſervis.

FABULA IV.

SIMII CAPUT.

PENDERE ad Lanium quidam vidit Simium,
Inter reliquas merces atque opsonia.
Quæsivit quidnam saperet; tum Lanius jocans:
Quale, inquit, caput est, talis præstatur sapor.
Ridicule magis hoc dictum quam vere æstimo,
Quando & formosos sæpe invêni pessimos,
Et turpi facie multos cognovi optimos.

2. RELIQUAS. Si versus ratio habeatur, quatuor syllabarum erit hæc vox. Sed Heinsius bono sensu, & meliore versu scribit *relictas*. Aliquæ scilicet merces jam erant venditæ, remanserat cum aliis simius.

7. OPTIMOS. Exemplo est ipse Æsopus, quem corpore deformem fuisse accepimus.

FABULA V.

ÆSOPUS, ET PETULANS.

SUCCESSUS ad perniciem multos devocat.
Æsopo quidam petulans lapidem impegerat:
Tanto, inquit, melior; assem deinde illi dedit,
Sic prosecutus: Plus non habeo mehercule,
Sed unde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce dives & potens, huic similiter
Impinge lapidem, & dignum accipies præmium.
Persuasus ille, fecit quod monitus fuit;
Sed spes fefellit impudentem audaciam,
Comprehensus namque pœnas persolvit cruce.

3. TANTO MELIOR. Laudandi atque approbandi apud veteres formula, contra autem, *Tanto nequior*.

ASSEM. Intellige nummum æneum.

FAVOLA IV.

Il capo della Scimmia.

Fra l'altre merci ad un macello appese
Esposta vide un Uomo anche una Scimmia,
E del sapor ne chiese. E il Macellajo:
Qual è il capo, tal è il sapore ancora.
Arguto egli è, anzi che vero il motto:
Spesso virtude in sozzo corpo alberga,
E a' rei costumi dà beltà ricetto.

FAVOLA V.

Esopo e un Petulante.

Fausto evento a perir molti n'indusse.
Folle Garzon un sasso a Esopo avventa;
Cui egli: O che bel colpo! E a lui dà un soldo:
Per Dio, dicendo, altro non ho, pur eccoti
Come n'ottenga. Un, ch' è possente e ricco,
Ne vien incontro, in cui s' accerti il colpo,
Premio n' avrai. E' il crede, e scaglia il sasso;
Ma in mal punto, poichè del premio in vece,
Su una forca pagonne il giusto fio.

FABULA VI.

MUSCA, ET MULA.

MUSCA in temone ſedit, & Mulam increpans:
Quam tarda es, inquit: non vis citius progredi?
Vide, ne dolone collum compungam tibi.
Reſpondit illa: verbis non moveor tuis;
Sed iſtum timeo, ſella qui prima ſedens,
Jugum flagello temperat lento meum,
Et lora frenis continet ſpumantibus.
Quapropter aufer frivolam inſolentiam:
Namque ubi ſtrigandum eſt, & ubi currendum, ſcio.
Hac derideri fabula merito poteſt,
Qui ſine virtute vanas exercet minas.

1. MULAM. Mularum uſus quondam fuit in vehiculis celeberrimus.

3. DOLONE. Per faſtum de aculeo ſuo ſic loquitur. Nam *dolon* proprie gladius, aut cuſpis ferrea in baculo recondita. Et ſolet muſca ſuum aculeum ſic abdere. Virgil. Æn. lib. 7. verſ. 664.

Pila manu, ſævoſque gerunt in bella dolones.

Ubi vide Interpretes.

5. QUI PRIMA. Aurigam intelligit. *Prima ſella* eſt ſcamnum equis proximum, in quo proprie ſedes aurigarum.

6. LENTO. Facto quippe ex loris. *Sic verbera lenta* apud Virg. *Lentum* eſt flexibile. Hinc apud eundem Maronem eſt & *lenta ſalix*, *lentum vimen*, *& lentum flagellum*, quod hic habemus.

7. SPUMANTIBUS. Ita tenet ut ſpu-

FABULA VII.

CANIS, ET LUPUS.

QUAM dulcis ſit libertas, breviter proloquar.
Cani perpaſto, macie confectus Lupus,
Forte occurrit: ſalutantes dein invicem

FAVOLA VI.

La Mosca e la Mula.

Una vil Mosca ſul timone aſſiſa
Alla Mula: Sei pur, dice, tu pigra!
Vuoi, che 'l collo col mio ſtilo ti punga?
Cui l' altra: tue parole io nulla apprezzo.
Bensì temo colui, che in ſcanno aſſiſo
Le briglie tiene, e con maeſtra sferza
A ſuo talento ogni mio paſſo regge.
Vanne, e tue ſolli ciancie altrove porta;
Io ſo quando poſarmi, o correr deggia.
Così ridir tu puoi di quei, che privi
D' ugual valor, ſpargon minaccie al vento.

ment. Vult reddere rationem, quare non poſſit celerius incedere. Non tantum, ait, tenet, ſed tenet tam valide, meque cohibet, ut & frena ſpument, hoc eſt, ſpuma ex labore oppleantur.

9. Strigandum. Quando oporteat morari. *Strigare* enim eſt interquieſcere, diciturque proprie de equis aut mulis in ſtrigam collocatis. Sic uſus auctor parodiæ in Ventidium Baſſum mulionem, quæ extat in Catalectis Virgilianis:

Et inde tot per orbitoſa millia
Jugum tuliſſe, læva ſive dextera
Strigare mula, ſive utrumque cœperat.

FAVOLA VII.

Il Cane ed il Lupo.

Libertà quanto è cara, in brieve eſpongo.
Un Lupo, cui conſunto ha lunga fame,
Un ben paſciuto Cane a ſorte incontra:

Ut restiterunt: Unde sic, quæso, nites?
Aut quo cibo fecisti tantum corporis?
Ego, qui sum longe fortior, pereo fame.
Canis simpliciter: Eadem est conditio tibi,
Præstare domino si par officium potes.
Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,
A furibus tuearis & noctu domum.
Ego vero sum paratus: nunc patior nives,
Imbresque, in silvis asperam vitam trahens:
Quanto est facilius mihi sub tecto vivere,
Et otiosum largo satiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, aspicit
Lupus a catena collum detritum Canis.
Unde hoc, amice? nihil est. Dic, quæso, tamen.
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce ut quiescam, & vigilem, nox quum venerit:
Crepusculo solutus, qua visum est, vagor.
Adfertur ultro panis; de mensa sua
Dat ossa dominus, frusta jactat familia,
Et, quod fastidit quisque, pulmentarium:
Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quò abire est animus, est licentia?
Non plane est, inquit. Fruere, quæ laudas, Canis.
Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

2. PERPASTO. Valde pingui.

4. NITES. Eos proprie significat, quorum pellis ex sagina distenta splendet. Locus hic eleganter formatus ex illo parasiti Gnathonis apud Terent. Eun. 2. 2.

Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?

Hinc *equi nitidi* apud Virg. i. e. pinguedine distenti. Nepos Eumene 5. *Jumenta nitida* dixit, id est, bene habita. Sic *juvenca nitens* apud Ovid. Metam. lib. 1.

11. EGO VERO. Particula elegantissima, quæ hic promtitudinem indicat. Verba ipsa Lupi sunt ad Canem responsoria.

17. NIHIL EST. Canis loquitur. Formula est illorum, qui præcidunt sermonem de re sibi parum grata. Imitatur Terent. And. 2. 6.

SIMO. *Quidnam est?* DA. *Puerile est.* SI. *Quid est.* DA. *Nihil.* SI. *quin dic, quid est?*

Et Phormione 5. 8.

PH. *Abi: tange: si non totus friget, me eneca.* CHR. *Nihil est.*

Fermi si salutaro. Primo il Lupo:
Onde tal liscio, onde sì lauto cibo,
Il ventre ti distese? Io più robusto
Di te, a perir son da ria fame astretto.
Semplicemente il Can: Fia ugual tua sorte,
S' ugual servigio il mio Padron n' ottenga.
E qual? Custode il dì sia della soglia,
Da i Ladri la magion guarda la notte.
Io son pronto: ne' boschi, e pioggia, e nevì
Soffrir m' è forza, e dura vita io meno:
Quanto più agevol fora sotto il tetto
Viver agiato, e largamente pascermi?
Vien dunque meco. Nel cammin s' accorge,
Che roso il Can dalla catena ha il collo.
Onde ciò amico? Nulla. Amo saperlo.
Poichè sembro feroce, il dì mi legano,
Perchè allor dorma, e desto sia la notte:
Sciolto sull' imbrunir, vo dove voglio:
Benchè nol chiegga, mi si porta il pane,
Dalla mensa il Padron l' ossa mi porge,
La famiglia gli avanzi, e se a taluno
Vien qualche cibo a noja, a me si getta;
Così senza fatica empiomi il ventre.
Ma se d' altrove andar ti vien talento,
Il puoi tu far? O questo no. In malora
Vadan le tue venture; io non le curo:
Anzi ch' un Regno, libertade apprezzo.

18. ACER. Lib. 2. fab. 3. est *canis vehemens*. Sed quid *acer* & *vehemens* differant, docet Vavassor in libello de vi & usu quorumdam verborum; ubi *acer* idem dicit esse quod *asperior*, *intractatus*, *ferocior*, *inquietus*. Vide Cic. pro Rosc. Amerin. cap. 20.

23. PULMENTARIUM. Quicquid ad panem datur. Proprie tamen dicitur puls vel cibus in modum pultis factus.

26. FRUERE, QUÆ LAUDAS, CANIS. Fruere iis, quæ laudas.

27. UT NON SIM. Hac lege & conditione ut non sim liber mihi.

FABULA VIII.

Frater, et Soror.

Præcepto monitus, ſæpe te conſidera.
Habebat quidam filiam turpiſſimam,
Itidemque inſigni & pulcra facie filium.
Hi, ſpeculum in cathedra matris ut poſitum fuit,
Pueriliter ludentes, forte inſpexerant.
Hic ſe formoſum jactat, illa iraſcitur,
Nec gloriantis ſuſtinet fratris jocos,
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.
Ergo ad patrem cucurrit, læſura invicem,
Magnaque invidia criminatur filium,
Vir natus quod rem fœminarum tetigerit.
Amplexus utrumque ille, & carpens oſcula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens:
Quotidie, inquit, ſpeculo vos uti volo,
Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis,
Tu faciem ut iſtam moribus vincas bonis.

8. Quid enim. Poteſt ita ſuppleri: *Quid enim potius acciperet in contumeliam?*

11. Vir natus. Cum vir ſit natus, cum virilis ſit ſexus.

FABULA IX.

Socrates ad Amicos.

Vulgare amici nomen, ſed rara eſt fides.
Quum parvas ædes ſibi fundaſſet Socrates,
(Cujus non fugio mortem, ſi famam adſequar,

FAVOLA VIII.

Il Fratello e la Sorella.

Spesso a mirarti il mio racconto insegna.
Un Padre d' un bellissimo fanciullo
Una deforme, e sconcia figlia avea.
Mentre (qual di sua età costume il porta)
Prendevan giuoco, a caso sullo scanno
Veggion lo specchio della Madre, e in esso
S' affaccian. Sue bellezze il fanciul vanta:
Ella nol soffre, e a grave oltraggio il reca.
Corre al Padre, e l' accusa, che maneggi
(Benchè nato Uomo) i femminili arredi.
Il buon Padre li bacia, e uguale amore
Ver entrambi mostrando, al sen gli stringe:
Anzi vo', dice, ch' ogni dì lo specchio
Consultiate; onde, o figlio, tua avvenenza
Non macchin rei costumi; e tu il tuo volto
Di virtù belle, e d' atti onesti adorni.

FAVOLA IX.

Socrate agli Amici.

Rara è la fe', comun d' amico è il nome.
Picciola casa fabbricossi Socrate,
(La di cui morte, s' ugual fama m' arreca,

Et cedo invidiæ, dummodo abſolvar cinis).
E populo ſic neſcio quis, ut fieri ſolet:
Quæſo tam anguſtam talis vir ponis domum?
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

2. SOCRATES. Philoſophus Athenienſis, magni nominis.

3. NON FUGIO. Non recuſo ſubire mortem Socratis, qui hauſta cicuta periit.

4. ET CEDO INVIDIÆ. Facile patior me circumveniri, & vel damnari atque occidi ab invidis, ut ille dummodo poſt mortem judicer innocens fuiſſe, & adſequar ejus famam.

5. UT FIERI SOLET. Inter ædificandum. Nam de ſtructura nova quilibet vult ferre cenſuram.

FABULA X.

POETA DE CREDERE ET NON CREDERE.

PERICULOSUM eſt credere, & non credere.
Utriuſque exemplum breviter exponam rei.
Hippolytus obiit, quia novercæ creditum eſt;
Caſſandræ quia non creditum, ruit Ilium.
Ergo exploranda eſt veritas multum prius,
Quam ſtulta prave judicet ſententia.
Sed fabuloſa ne hæc vetuſtate elevem,
Narrabo tibi, memoria quod factum eſt mea.
  Maritus quidam quum diligeret conjugem,
Togamque puram jam pararet filio,
Seductus in ſecretum a liberto ſuo,
Sperante heredem ſuffici se proximum.
Qui dum de puero multa mentitus foret,
Et plura de flagitiis caſtæ mulieris,
Adjecit id, quod ſentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum,
Stuproque turpi pollui famam domus.

Soffrir non m' è discaro, e se m' assolve
Morto, livor a suo piacer mi roda).
Come costume il vuole, alcun del vulgo
La cagion gli richiese: O la potessi
Empier di veri amici! egli rispose.

6. Talis. In laudem Socratis dicitur, q. d. *Vir tantæ virtutis & famæ*. C. Nepos Alcibiade 6. *Itaque & Siciliæ amissum & Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent*.

7. Veris. Recte Plutarchus in Apopht. dixit, nullas divitias fidelibus amicis æquiparari posse.

F A V O L A X.

Il Poeta circa il credere e il non credere.

D' egual periglio, è il dare, e il negar fede.
Breve esempio esporrò d' ambe le cose.
Ippolito perì, perchè creduto
Fu alla Matrigna; e Troja cadde in cenere,
Perchè fede non diedesi a Cassandra.
Dunque molto esplorar si debbe il vero
Pria che stolto giudizio a error ci tragga.
Ma perchè vecchi, e favolosi esempi
Non tolgan fede a' detti miei, narrarti
Vo' ciò che a mia memoria è addivenuto.
Amante di sua Moglie un buon Marito,
Mentre la toga pura al Figlio adulto
Iva apprestando, fu da un suo Liberto,
Che di carpir l' eredità sperava,
Tratto in disparte; e poichè mille disse
Costui menzogne contro il Figlio, e contro
La casta Moglie, quello aggiunse in fine,

Incensus ille falso uxoris crimine,
Simulavit iter ad villam, clamque in oppido
Subsedit: deinde noctu subito januam
Intravit, recta cubiculum uxoris petens;
In quo dormire mater natum jusserat,
Ætatem adultam servans diligentius.
Dum quærunt lumen, dum concursant familia,
Iræ furentis impetum non sustinens,
Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput.
Ut sentit tonsum, gladio pectus transfigit,
Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.
Lucerna adlata, simul adspexit filium,
Sanctamque uxorem dormientem cubiculo,
Sopita primo quæ nil somno senserat;
Repræsentavit in se pœnam facinoris,
Et ferro incubuit, quod credulitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad centumviros.
Maligna insontem deprimit suspicio,
Quod bona possideat. Stant patroni fortiter
Causam tuentes innocentis fœminæ.
A Divo Augusto tunc petiere judices,
Ut adjuvaret jurisjurandi fidem,
Quod ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniæ,
Certumque fontem veritatis repperit,
Luat, inquit, pœnas causa libertus mali:
Namque orbam nato simul & privatam viro,
Miserandam potius, quam damnandam existimo.
Quod si damnanda perscrutatus crimina
Paterfamilias esset, si mendacium
Subtiliter limasset, a radicibus
Non evertisset scelere funesto domum.
Nil spernat auris, nec tamen credat statim,

Che più ferir doveva un cuore amante.
Disse avervi un adultero, che spesso
Di sua casa a macchiar venia l' onore.
Di sdegno a tal accusa egli fremendo
Finse un viaggio in villa, ma nascoso
Nella città si tenne. A notte buja
Entra repente in casa, e della Donna
Va diritto alla stanza, ove dormire
Fatto essa avea per maggior cura il Figlio.
Mentre di lume in traccia errano i servi,
Spinto ei dall' ira furibonda al letto
S' accosta, e il capo cerca in mezzo al bujo.
Tosato il sente, in sen gl' immerge il brando,
E a vendicarsi intento altro non cura.
Recato il lume, ucciso vide il Figlio,
E la casta Consorte, che sopita
Nel primo sonno ancor nulla sentia.
Tutta del suo delitto a lui s' offerse
Allor l' immago, e in se converse il ferro,
Che in man posto gli avea stolta credenza.
Fu la Donna accusata, e tratta a Roma
A' Centumviri innanzi. In sua difesa
Molti s' armaro, ma di rio sospetto
Erano i beni, onde il possesso avea.
Dubbj se rea foss' ella, od innocente,
Lasciar sospesa la sentenza i Giudici,
E ad Augusto rimesso andò l' affare.
Della calunnia disgombrato il fosco,
E trovata del vero egli la fonte:
Paghi di tutto il mal, disse, la pena
Il reo Liberto; che del Figlio priva,
E del Consorte l' infelice Donna
Ben di pietà più che di pena è degna.
E se ben prima il misero Marito

Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes:
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.
Hoc admonere ſimplices etiam poteſt,
Opinione alterius ne quid ponderent:
Ambitio namque diffidens mortalium,
Aut gratiæ ſubſcribit, aut odio ſuo.
Erit ille notus, quem per te cognoveris.
Hæc executus ſum propterea pluribus,
Brevitate nimia quoniam quoſdam offendimus.

3. HIPPOLYTUS. Theſei & Hippolytæ Amazonis filius, qui cum conſtanti animo ſperneret mulierum congreſſum, a Phædra noverca, abſente patre, amatus eſt. Sed repulſam ſæpius paſſa impudica mulier inſimulavit ſtupri Hippolytum apud Theſeum. Ille credulus, filio, qui jam domum impudicam fugerat, mortem imprecatur. Quod votum ratum fecit Neptunus, emiſſo tauro marino, qui equos Hippolyti conſternavit, unde per vepres & ſaxa diſtractus periit. Quod ubi reſcivit male ſibi conſcia mulier, ſcelus ſuum confeſſa apud maritum, gladio ſe confodit.

4. CASSANDRÆ. Priami Regis Trojanorum filiæ, quæ ſæpius exitium Trojæ prædixerat: ſed a Trojanis fides ei non fuit habita, diis ita volentibus.

ILIUM. Troja. Cujus ruinæ deſcripitio eſt apud Virgilium 2. Æneid.

6. SENTENTIA. Animus, judicium, id eſt, quam homines ſtolide ſententiam ferant.

7. ELEVEM. Hoc loco eſt, *minuam*. Senſus eſt: Ne id, quod proxime dixi de exploranda veritate, elevem allatis exemplis, quæ propter vetuſtatem ſuam poſſent videri fabuloſa, propterea id narrabo, quod eſt factum mea memoria, id eſt, meo tempore.

10. TOGAMQUE PURAM. Qua utebantur viri, primumque induebantur poſt expletos adoleſcentiæ annos. Erat autem dicta *pura*, quia nullam prætextam habebat purpuram, ut toga puerorum.

11. SEDUCTUS. Seorſum ductus in locum ſolitarium. Intellige *eſt*.

12. SUFFICI. Suffectum iri vel ſufficiendum eſſe.

PROXIMUM. A filio videlicet. Alias dicitur ſecundus, id eſt, ſubſtitutus.

20. SUBSEDIT. Subſtitit, commoratus eſt.

24. FAMILIA. Multitudo ſervorum.

26. TENTAT. Explorat manu.

27. TONSUM. Nempe, ſicut viri conſueverant.

28. RESPICIENS. Attendens, curans, omnia iræ ſuæ poſthabens.

29. SIMUL. Simulac, ſimulut, ſimulatque. Hæc omnia enim in uſu ſunt.

33. CREDULITAS. Quia liberto temere crediderat.

34. POSTULARUNT. Accuſarunt eam.

35. CENTUMVIROS. Centumviri judices erant apud Romanos, apud quos agebantur & diſceptabantur cauſæ graviores, quæ & centumvirales inde appellatæ. Erant hi centum & quinque viri, ex trigintaquinque tribubus ſelecti, ex ſingulis tres: ſed ob numeri rotunditatem

L'iniqua accusa esaminata avesse,
Espiata l'orribile menzogna,
Ei non avrebbe con misfatto atroce
Svelta la magion sua dalle radici.
Tutto ascoltar tu dei, ma fede a nulla
Prestar incauto: pecca chi men pensi,
E da calunnie oppresso è chi non pecca.
Questo a' semplici ancor dar puote avviso,
Che norma a lor non sia l'altrui parere,
Spesso dall' odio, o dal favor dettato.
Solo colui ti sia palese appieno,
Che per te stesso conosciuto avrai.
Prolisso esser qui volli oltre al costume,
Perchè il mio breve dir taluno offende.

appellantur Centumviri.

37. Quod bona possideat. Ob id quod. Sic ferme sensus est, suspicatos plerosque, commisisse id facinus, ut post obitum mariti & filii sola possideret bona & hæreditatem, idque ex eo, quia tenebat illa bona.

39. Divo. Augusto Cæsare, qui vivus nomen Divi consecutus est. Vid. pluribus locis Ovidium.

Augusto. Ita dicti sunt omnes Imperatores Romani non ab *augendo*, ut volunt quidam, sed ab *augur*. Ut enim a *robur* est *robulus*, ita ab *augur*, *augustus*. Quod significat *sanctum*; velut *templum augustum*, & *loca augusta*. Ovid. 1. Trist.

Ignoscant augusta mihi loca,
dique locorum.

40. Jurisjurandi fidem. *Fidem* est pro iis, qui eam dederant jurejurando, id est, judicibus. Quibus in causa obscura solenne fuit juramentum, *Sibi non liquere*. Quo liberabantur, judicio ad Imperatorem devoluto. Ita sensus erit: Petierunt ut juvaret se, atque a pronunciatione sententiæ liberaret, quia fecissent fidem jurejurando, se litis hujus decisionem non invenire.

41. Error. Ambiguitas, incertitudo, obscuritas.

49. Limasset. Examinasset, diligentius perspexisset. *Limare* est pro *elimare*.

51. Nil spernat auris. Vid. Interpretes C. Nepotis ad XIV, 9, 2. Cic. 1. ad Att. 19. & Piccart. Decad. 5. cap. 5.

56. Opinione. Ne res vel negotia æstiment ex opinione vel dictis aliorum.

58. Subscribit. Dicuntur subscribere, qui sequuntur alios, eorumque sententiam accessione sua firmant.

FABULA XI.

EUNUCHUS AD IMPROBUM.

EUNUCHUS litigabat cum quodam improbo,
Qui super obscœna dicta, & petulans jurgium,
Damnum insectatus est amissi corporis.
En, ait, hoc unum est, cur laborem validius,
Integritatis testes quia desunt mihi.
Sed quid fortunæ stulte delictum àrguis?
Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

2. SUPER. *Super* hic valet *præter*.

3. CORPORIS. Virilitatis. Totum pro parte.

4. LABOREM. Ut hanc, si qua est, ignominiam virtute tegam atque superem.

FABULA XII.

PULLUS AD MARGARITAM.

IN sterquilinio pullus gallinaceus
Dum quærit escam, margaritam repperit:
Jaces indigno quanta res, inquit, loco!
O si quis pretii cupidus vidisset tui!
Olim redisses ad splendorem maximum.
Ego qui te invêni, potior cui multo est cibus?
Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potes.
Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

6. EGO QUI TE INVENI. Oratio est cum admiratione interrogantis, Qui ego te inveni? Qui factum est, ut ego te invenerim? Nam *qui* est quomodo. Tollius ad Ausonium legit:

Ego quod te inveni, potior cui multo est cibus,
Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potest.

Quod non improbandum.

FAVOLA XI.

Un Eunuco ad un Furfante.

Un Eunuco garria con un Furfante,
Che fra gli audaci insulti, e i motti osceni,
Gli rinfacciò del suo difetto il danno.
Ciò che mi manca a più valer mi sprona
Co' pregi miei, rispose; e ben fe' sciocco,
Che in me una colpa di fortuna accusi.
Solo un mal meritato all' Uom fa scorno.

FAVOLA XII.

Il Pollo alla gioja.

Mentre fra l' immondezze esca ricerca,
Trovò una gioja un Pollo: ed o in qual luogo,
Negletta è, disse, sì pregevol cosa!
Se trovato t' avesse un, che ti prezza,
Già l' antico splendor (e o qual!) n' avresti?
A me, che'l cibo, non le gioje estimo,
A che val, che ti sia tu qui scoperta?
Nè a me tu puoi, nè a te giovar poss' io.
Questo narro a talun, che non m' intende.

8. Qui me non intelligunt. Qui nesciunt quid lateat sub fabulis meis: quoniam sunt instar galli hujus, cui nihil profuit reperta margarita.

FABULA XIII.

APES, ET FUCI VESPA JUDICE.

APES in alta quercu fecerant favos:
Hos Fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, Vespa judice:
Quæ genus utrumque nosset cum pulcherrime,
Legem duabus hanc proposuit partibus.:
Non inconveniens corpus, & par est color,
In dubium plane res ut merito venerit:
Sed ne religio peccet imprudens mea,
Alveos accipite, & ceris opus infundite,
Ut ex sapore mellis, & forma favi,
De quîs nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recusant, Apibus conditio placet.
Tunc illa talem sustulit sententiam:
Apertum est quis non possit, aut quis fecerit.
Quapropter Apibus fructum restituo suum.
Hanc præteriissem fabulam silentio,
Si pactam fuci non recusassent fidem.

2. INERTES. Proprie, *artis ejus imperiti*.
4. PULCHERRIME. Optime.
6. NON INCOVENIENS. Non male convenit, si externam speciem spectes.
8. RELIGIO. Judicibus religio tribuitur, propter jusjurandum, quo tenebantur. Vide Fab. 10.
9. OPUS. Per *opus* mel intelligit, & per *ceras* mellis receptacula.
11. AUCTOR. Ita debet scribi hoc vocabulum, non *autor*, vel *author*, ut plerique faciunt. Diciturque *auctor* proprie is, qui primus aliquid invenit, instituit, & fecit; qui con-



FAVOLA XIII.

Le Api e i Fuchi al tribunale della Vespa.

Dentro un' annosa quercia avevan l' Api
Fatti i lor favi, e questi i neghittosi
Fuchi se gli arrogaro. Fu la lite
Portata al tribunal. Giudice siede
La Vespa, che ben sa quai sieno entrambi;
Onde tal legge a' litiganti impone:
Somigliante è il colore, uguale è il corpo,
Sicchè da lor l' autore io non discerno.
Perchè dunque la fe' giurata io serbi,
Tal vo' la prova: altro alvear si prenda,
E nuovo mel s' infonda entro alle cere.
Dal sapor, dalla forma, che somigli,
Quel che recossi, sia l' autor palese.
Spiace a' Fuchi la legge, accetta è all' Api.
Pronuncia tal sentenza allor la Vespa:
Chi far non possa il mele, e chi lo fece,
E' in chiaro. All' Api il frutto lor si renda.
Di buon grado il racconto omesso avrei,
S' avesser la promessa attesa i Fuchi.

ditor, & quasi parens est alicuius rei, a verbo *augeo*, quod & ipsum creare & efficere notat; quo sensu usus est Lucretius & alii. V. Vorst. de Latin. merito susp. c. 25.

17. Fuci. Vani homines, qui versus meos sibi vindicarunt V. Freinshemium ad hanc fabulam de versibus Virgilii, quos fucus aliquis sibi arrogaverat.



FABULA XIV.

ÆSOPUS LUDENS.

PUERORUM in turba quidam ludentem Atticus
Æsopum nucibus quum vidisset, restitit,
Et quasi delirum risit. Quod sensit simul
Derisor potius quam deridendus senex,
Arcum retensum posuit in media via:
Heus, inquit sapiens, expedi quid fecerim.
Concurrit populus; ille se torquet diu,
Nec quæstionis positæ causam intelligit.
Novissime succumbit. Tum victor sophus:
Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris;
At si laxaris, quum voles, erit utilis.
  Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

3. SIMUL. Simulac: ut infra lib. 3. fab. 16. lib. 4. 8. & 14. lib. 5. 5. & 7. exemplo Ciceronis, Horatii, aliorumque optimi ævi Scriptorum.

5. RETENSUM. Brevitatis Phædri hoc est indicium. Pro eo enim dicere debuerat, arcum tendit retenditque.

6. SAPIENS. Philosophe, per ironiam.

EXPEDI. Expone, quid innuam hoc facto.

9. SUCCUMBIT. Superatur, velut in certamine, dum causam dicere non potest.

SOPHUS. Vox Græca, Latinitate donata, significat *sapiens*.

13. MELIOR. Promtior, aptior, utilior ad aliquid meditandum. Videtur hanc fabulam scripsisse Phæ-



FAVOLA XIV.

Esopo che giuoca.

Visto, che 'n mezzo de' fanciulli Esopo
Alle noci giuocava. un Ateniese
Fermossi, e l' ebbe, come sciocco, a scherno.
Se n' avvide il buon Vecchio, che potea,
Anzi ch' esser deriso, altri deridere.
E un arco teso in mezzo alla via posto:
Che cosa, disse, ho fatto, o ser saputo?
Il popolo s' affolla. Il derisore
Pensa, e ripensa in van, e in van s' affanna:
Tal che confessa alfin, che nol comprende.
Esopo vincitor: Se l' arco teso
Terrai sempre, sarà ben tosto infranto;
Ma se 'l rallenti, fia, che forza acquisti.
Così diasi ristoro a stanca mente;
Onde a' gravi pensier più sciolta rieda.

drus in defensionem Divi Augusti. patroni sui, contra quosdam austeros censores. Refert enim Suet. in ejus vita, cap. 13. *Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellaeis, nucibusque ludebat cum pueris*. Seneca de Tranqu. Anim. cap. XVI. *Nec in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed ad jocos revocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat: & Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum, & Scipio triumphale illud & militare corpus movit ad numeros &c.*



FABULA XV.

CANIS AD AGNUM.

Inter Capellas Agno balanti Canis:
Stulte, inquit, erras, non est hic mater tua.
Ovesque segregatas ostendit procul.
Non illam quæro, quæ, quum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus,
Novissime prolapsam effundit sarcinam;
Verum illam, quæ me nutrit admoto ubere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
Tamen illa est potior, quæ te peperit. Non ita est.
Unde illa scivit niger an albus nascerer?
Age porro scisset: quum crearer masculus,
Beneficium magnum sane natali dedit,
Ut expectarem lanium in horas singulas.
Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quæ jacentis miserita est,
Dulcemque sponte præstat benevolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas.
His demonstrare voluit auctor versibus,
Obsistere homines legibus, meritis capi.

9. Potior. Juris respectu. Vult enim plus deberi iis, a quibus nascimur, quam a quibus alimur.

11. Masculus. Masculos parare in cibum, fœminas autem ad augendam prolem vivas servare solebant, sicut hodieque receptum est.

12. Beneficium. Ironia.

14. Cujus potestas. Ordo est: cur ea, potestas cujus fuit nulla in gignendo, sit potior hac, quæ est miserita jacentis?

15. Jacentis. Agni a matre deserti.

17. Facit parentes. Illi vere dici possunt parentes, qui non necessitate quadam naturæ procreant liberos, sed qui procreatis vitam sustinent alimentis, & consiliis juvant.

19. Obsistere. Repugnare, ad-

FAVOLA XV.

Il Cane all' Agnello.

A un Agnel, che belava infra le Capre:
Ove, gli dice il Can, folle t' aggiri?
Qui non c' è la tua madre: indi in remota
Parte le pecorelle gli dimostra.
Non quella, che a talento concepisce,
E un tempo fisso porta ignoto peso,
Poscia cader dal ventre il lascia, io cerco.
Io colei cerco, che sue poppe appresta,
E a' figli toglie, sicchè io n' abbia il latte.
Pur chi ti partorì, più prezzar dei.
A partito t' inganni. E come seppe,
Se nascer bianco, o pur nero io dovessi?
Ma via saputo l' abbia; fu gran dono,
Volermi maschio, perchè tal nascessi,
Ch' ognor del macellajo il colpo attenda?
Come vuoi, ch' anzi quella apprezzi, ed ami,
Cui nulla scelta in generar si lascia,
Che l' altra, cui di me sì pietà mosse,
Che cortese m' appresta e cibo, e vita?
Non per necessitade di natura,
Ma per bontade un genitor s' apprezza.
Che l' uom riman da' beneficj avvinto,
Non dalle leggi; il mio racconto il mostra.

versari. *Leges* jussa sunt & imperia qualiacunque, quæ quid exigunt a nobis fieri, vel non fieri; ut, sanguine junctos parentes & liberos amare se mutuo, non odio persequi debere.

Meritis. Bene meritis, idest, beneficiis. Sic lib. 1. fab. 8.

Capi. Trahi in obsequium & amorem.

EABULA XVI.

CICADA ET NOCTUA.

HUMANITATI qui se non accommodat,
Plerumque pœnas oppetit superbiæ.
  Cicada acerbum Noctuæ convicium
Faciebat, solitæ victum in tenebris quærere;
Cavoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est, ut taceret: multo validius
Clamare cœpit. Rursus admota prece,
Accensa magis est. Noctua ut vidit sibi
Nullum esse auxilium, & verba contemni sua,
Hac est adgressa garrulam fallacia:
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinis,
Potare est animus nectar, quod Pallas mihi
Nuper donavit: si non fastidis, veni;
Unà bibamus. Illa, quæ ardebat siti,
Simul cognovit vocem laudari suam,
Cupide advolavit. Noctua egressa e cavo
Trepidantem consectata est, & letho dedit.
Sic viva quod negarat, tribuit mortua.

1. HUMANITATI, Qui non facit quod omnes humanos, & comes decet.

3. OPPETIT. Subit, quomodo oppetere mortem dicimus.

8. ACCENSA MAGIS EST. Irritata, concitata ad cantandum.

12. PUTES. Est pro *quis putes*.



FAVOLA XVI.

La Cicala e la Civetta.

Sovente avvien, che lo ſcorteſe il fio,
Che ſua alterezza meritogli, incontri.
Con diſpettoſo canto a una Civetta,
Che ſol di notte va di cibo in cerca,
E in qualche cavo tronco dorme il giorno,
Toglieva il ſonno un' incivil Cicala.
Se pregata è a tacer, ella più ſtride,
Dan nuove preci nuova lena al canto.
Sicchè non v' eſſer ſcampo, e ſue parole
Diſpregiarſi veggendo la Civetta;
Volta ad inganno, così a lei ſavella:
Giacchè il tuo dolce armonioſo canto,
Tal, che di Febo udir mi ſembra il plettro;
Dormir mi vieta, il nettare vo' bere,
Che teſtè diemmi Palla. Se t' è a grado,
Vieni, che il beveremo. La Cicala,
Ch' ardea di ſete, appena udio le lodi
Di ſue voci, che ratta a lei ſen vola.
Toſto fuor della tana l' altra uſcita,
La trepida Cicala inſiegue, e uccide,
Che morta quello diè, che negò viva.

13. Potare. Bibere largius, per hilaritatem animi ex cantu.

16. Simul. *Simulac*, ut jam ante monuimus.



FABULA XVII.

Arbores in Deorum tutela.

Olim quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerunt arbores. Quercus Jovi,
Et Myrtus Veneri placuit, Phœbo Laurea,
Pinus Cybebæ, Populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare steriles sumerent,
Interrogavit. Causam dixit Jupiter:
Honore fructum ne videamur vendere.
At mehercule narrabit, quod quis voluerit,
Oliva nobis propter fructum est gratior.
Tunc sic Deorum genitor atque hominum sator:
O nata, merito sapiens dicere omnibus:
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

Extat hæc fabula totidem verbis apud Perottum Cornucop. p. 1042 quam ille dicit se adolescentem in fabellas suas ex Avieno transtulisse. Quo argumento motus Petrus Scriverius Not. in Martial. p. 88 eo inclinare videtur, ut arbitretur has omnes fabulas esse Perotto adscribendas, ipsumque adeo Phædrum auctorem esse supposititium. Malum vero Perotti dolum ac sublestam fidem merito insectatur, & Phædro suppetias venit Casp. Barthius, lib. 36 Adv. cap. 21 ubi & de Camerarii & Faerni Fabulis, quæ hodie quoque circumferuntur, nonnihil. Vid. Ludov. de la Cerda ad Virg. Ecl. VII. p. 142 (quem miror tacere ibi de Phædro, cum & Faerni & Perotti fabulam ex Phædro desumtam enarret; præcipue cum aliis in locis toties Phædrum citet) & de Faerno quidem Thuanum ad An. CIↃ IↃ LXI. Gudium quoque in notis ad hunc auctorem p. 250.

2. Quercus Jovi. Cum Saturni tempore ante Jovem homines carnibus humanis vescerentur, Jupiter vetuit, ne quis eo cibo uteretur, & a carnibus ad glandes convertit; quæ arbor ab eo primum monstrata, sacra idcirco illi creditur. Andr. Alciatus lib. 2. Embl. XXXII.

Grata Jovi est quercus, qui nos servatque fovetque.
Servanti civem querna corona datur.

3. Myrtus Veneri. Quia hæc arbor nascitur in litore maris, ubi Venus nata est. Quidam vero volunt idcirco Myrtum esse sacram Veneri, quod Venus Myrto esset ornata, cum Judicio Paridis discessit pulcrior Junone & Pallade. Virg. Ecl. VII.

Populus Alcidæ gratissima, Vitis Iaccho,
Formosæ Myrtus Veneri, sua Laurea Phœbo.

Laurea. Laurus. Placuit hæc arbor Phœbo, quia Daphnen ab eo amatam in hanc mutatam ferunt.

4. Pinus Cybebæ. Huic Deæ Pinus arbor sacrata fuit, quod Atys,

FAVOLA XVII.

Gli Alberi in tutela degli Dei.

Quando da' Numi gli Alberi in tutela
Fur presi; l'alta Quercia a Giove, il Mirto
A Venere, l'Alloro a Febo piacque:
Gradì Cibele il Pino, Ercole il Pioppo.
Stupì Minerva, ch' infeconde piante
A lor piacesser, e il perchè ne chiese.
Sì parlò Giove: perchè alcun non creda,
Che l'ossequio col lor frutto si compre.
Ma Minerva: ognun dica ciò, che ha in grado,
Ch' io per le frutta sue l'Uliva eleggo.
Il gran Padre a lei volto: è giusto, o figlia,
Di saggia il pregio, onde n' andrai superba;
Che se ciò, che facciamo, util non ave,
L'onor, che ne ridonda, è folle onore.
Cosa, che siasi di vantaggio priva,
Vuol la novella mia, che non s' imprenda.

quem deperibat, fuerit in hanc mutatus, ut ait Ovid. lib. 10. Metam.

Et succincta comas hirsutaque vertice Pinus,
Grata Deûm matri, siquidem Cybeleius Attis
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Cybelæ. Dicta est Deorum mater, & per eam terra intelligebatur.

Populus celsa Herculi. Quia Hercules Populo erat ornatus, cum descendit ad inferos, educturus canem Cerberum.

7. Honore. Elegimus arbores nullos ferentes fructus, ne videamur, si quando homines nos colunt, vendere fructum illarum arborum pro honore nobis præstito. Alii legunt, *Honorem fructu* &c. nempe dando hominibus fructum pro honore, quo nos afficiunt.

8. Narrabit. Quisque narret quod volet. Proverbialis locutio.

9. Oliva. Pallas Olivæ plantationem invenit. Arnobius adversus Gentes lib. 1. *Si enim vos Liberum, quod usum repererit vini, si Minervam, quod Oleæ, Divorum retulistis in cœtum* &c. *Oliva* dicitur proprie de fructu, *olea* de arbore. Hic vero de arbore *oliva* dicitur.

11. Dicere. Diceris, haberis ab omnibus. Minerva enim Dea sapientiæ.

12. Nisi utile est. Hanc sententiam

NISI . UTILE EST . QUOD . FACIMUS .
STULTA . EST . GLORIA .

iisdem verbis conceptam Zamoscius, narrante Gudio, in lapide invenit. Quam deinde Gruterus recepit in corpus Inscriptionum.

FABULA XVIII.

PAVO AD JUNONEM.

PAVO ad Junonem venit, indigne ferens,
Cantus Lufcinii quod fibi non tribuerit:
Illum effe cunctis auribus admirabilem,
Se derideri, fimul ac vocem miferit.
Tunc confolandi gratia dixit Dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine,
Nitor fmaragdi collo præfulget tuo,
Pictifque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mi, inquit, mutam fpeciem, fi vincor fono?
Fatorum arbitrio partes funt vobis datæ:
Tibi forma, vires Aquilæ, Lufcinio melos,
Augurium Corvo, læva Cornici omina,
Omnefque propriis funt contentæ dotibus.
Noli adfectare quod tibi non eft datum,
Delufa ne fpes ad querelam recidat.

1. PAVO. Avis Junoni facra, & in ejus tutela.

2. LUSCINII. Solius pene Phædri eft, quod *Lufcinius* dicitur hic, quæ vulgo tantum *Lufcinia*. Sic fupra fab. 3. *Simius* eft pro *Simia*.

3. AURIBUS. Sic optime ex MSS. reftituit Gudius, probante Heinfio. Pro quo vulgo eft *avibus*.

8. GEMMEAM CAUDAM. Quafi plenam gemmarum. Significat: Caudam quoties expandis, habes diverficoloribus plumis gemmantem, & quafi gemmis lucentem. Ovid. Met. l. 1. v. 723 de oculis Argi:

Excipit hos, volucrifque fuæ Saturnia pennis
Collocat; & gemmis caudam ftellantibus implet.

9. QUO MI. Supple *tu dedifti*, vel *dii dederunt*. Illud *quo* integre eft, *quo fine, ad quod mihi, cui ufui mihi?* Hor. lib. 1. Epift. 5.

FAVOLA XVIII.

IL PAVONE E GIUNONE.

Mal soffrendo il Pavon, ch' a se negato,
Concesso fosse all' Usignuolo il canto,
Con Giunon si lagnò, che dove ammira
Di quel la voce ognuno, e' fuori appena
La manda, che dispregio e beffe incontra.
La Dea il consola: ed in grandezza il vinci,
Ed in beltade. Il collo pur t' adorna
Vivo smeraldo, e a te l' occhiuta coda
(Sì vario n' è il color) più gemme intessono.
Muta avvenenza, ma qual pro mi reca,
Se nel canto ei m' avanza? A suo talento
Divise i pregj il fato: all' Usignuolo
Il canto, a te beltà, la forza all' Aquila,
Felice augurio al Corvo, alla Cornacchia
Il rio: pago è ciascun. Ciò, che destino
Ti nega, nol ricerca, onde delusa,
Tua speme rieda alle doglianze antiche.

Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?

10. PARTES. Vult, cuilibet suam & peculiarem tributam esse partem. Locutio desumta est a comicis, ubi partes cuique designantur: alter enim personam principis, alter patris agit; & ita porro.

12. LÆVA. Ut a læva sedens faciat bona omina. Cicer. de Divin. 1.
A dextra corvus, a sinistra cornix facit rata. Virg. in Eclog.

Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.

Jussu enim Jovis canebat cornix a læva, corvus a dextra.

15. RECIDAT. Prima syllaba hic producitur. V. Gifan. ad Lucret. ind. & Scal. Lect. Auson. lib. 2. cap. 21.

FABULA XIX.

ÆSOPUS AD GARRULUM.

Æsopus domino ſolus cum eſſet familia,
Parare cœnam juſſus eſt maturius.
Ignem ergo quærens, aliquot luſtravit domos;
Tandemque invenit, ubi lucernam accenderet.
Tum circumeunti fuerat quod iter longius,
Effecit brevius: namque recta per forum
Cœpit redire; & quidam e turba garrulus,
Æſope, medio ſole quid cum lumine?
Hominem, inquit, quæro; & abiit feſtinans domum.
  Hoc ſi moleſtus ille ad animum rettulit,
Senſit profecto, ſe hominem non viſum ſeni,
Intempeſtive qui occupato adluſerit.

1. CUM ESSET. Cum ei eſſet unicus ſervulus; nam alias unicus ſervus non facit familiam, ut Cic. inquit. Videtur ergo ironice hoc Phædrum dixiſſe. V. Pignor. de ſervis p. 21.

FAMILIA. Familiæ appellatione omnes, qui in ſervitio ſunt, continentur, inquit Ulpia.us.

9. HOMINEM, INQUIT, QUÆRO. Ita Diogenes olim Cynicus luce clara per forum turba confertum cum lumine diſcurrebat, aliquid requirenti ſimilis. Interrogatus ergo, quid ſibi

---

FABULA XX.

ASINUS, ET GALLI.

Qui natus eſt infelix, non vitam modo
Triſtem decurrit; verum poſt obitum quoque
Perſequitur illum dura fati miſeria.
  Galli Cybebes circum in quæſtus ducere

FAVOLA XIX.

Esopo ad un Ciarlone.

Solo trà servi era rimaso Esopo,
Cui comanda il Padrone, che la cena
Prepari anzi il costume. E' per alcune
Case cercando fuoco, al quale accenda
La lucerna, alla fine ne ritrova.
E accorciando la strada, per la Piazza
Tosto a Casa ritorna. Un Saccentino
Il vede: e perchè, dice, ora col lume,
Che 'l Pianeta maggiore è nel meriggio?
Un Uom cerco, ei risponde, e in fretta parte.
Se 'l motto a rilevar l'altro pervenne,
Vide, ch' un Uom non riputollo Esopo;
Poichè in altro occupato, fuor di tempo,
Con baje intrattener pure il volea.

vellet? Hominem, inquit, quæro. Significans plurimos occurrere, qui formam haberent hominis, mentem non haberent.

12. Adluserit. Jocari voluerit, & otiose garrire cum occupato. Terent. Eun. 3. 1. 34.

Forte habui scortum: cœpit ad id alludere.

FAVOLA XX.

L'Asino e i Galli Sacerdoti di Cibele.

Chi nasce sventurato, non sol vivo
L'insiegue rio destin, ma morto ancora
Lo preme, e incalza. I Galli di Cibele
Un Asinel, di lor bagaglio carco,

Asinum ſolebant, bajulantem ſarcinas.
Is quum labore & plagis eſſet mortuus,
Detracta pelle ſibi fecerunt tympana.
Rogati mox a quodam, delicio ſuo,
Quidnam feciſſent, hoc locuti ſunt modo:
Putabat ſe poſt mortem ſecurum fore,
Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo.

EXPLICIT LIB. III.

2. DECURRIT. Tranſigit miſeram vitam. Ter. Adel. 5. 4. *Prope jam decurſo ſpatio.*

4. GALLI. Sacerdotes caſtrati, Galli dicti, a Gallo fluvio Phrygiæ.

CYBEBES. *Cybebe* eſt Iſis, Terra Mater, Mater magna Deum. Dicitur & *Cybele* media ſyllaba correpta, quæ ſemper producitur in *Cybebe*. Nam Græcis eſt Κυβήβη, & Κυβίλη. Vide hujus lib. fab. 14.

CIRCUM IN QUÆSTUS. *Circum in quæſtus ducere* dicitur eleganti tmeſi, pro circumducere ad quæſtus faciendos. Sic fab. 1. lib 1. *male, ait, dixiſti mihi*, pro *maledixiſti mihi*.

5. ASINUM. Solennem ad talia eorum miniſtrum atque bajulum. Apul. Met. l. 11. *Ad iſtum modum*



Seco

Seco in cerca còndurre avean costume.
Da fatiche, e percosse ucciso, timpani
Del cuojo scorticato ne formaro.
Da un lor diletto la cagion richiesta:
Lusingava costui (disser) sua speme,
Che, morto, fora da percosse immune;
Pur a lui morto altre soffrirne è forza.

Termina il Lib. III.

vitato duplici periculo, die sequenti rursum divinis exuviis onustus, cum crotalis, & cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam.

7. Tympana. Quibus solenniter utebantur. Sic apud Schoonhovium Embl. LXV fistulæ fiunt ex asini mortui ossibus.

8. Delicio. *Delicium* vocabant puerum, quem in amoribus habebant. Adeo enim hoc usitatum erat Græcis, ut etiam turpe esset puero, amatorem nullum reperire. Vide C. Nepotis præfat. Apul. in Apologia.

Et Critias mea delicia, & lux alma Charine.

11. Mortuo. Dativus est, pro *in mortuum*.



PHÆDRI FABULARUM

LIBER QUARTUS.



FABULA I.

Mustela, et Mures.

Joculare tibi videtur; & ſane leve,
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus;
Sed diligenter intuere has nenias.
Quantam ſub illis utilitatem reperies!
Non ſemper ea ſunt, quæ videntur, decipit
Frons prima multos: rara mens intelligit,
Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus ſine mercede exiſtimer,
Fabellam adjiciam de Muſtela & Muribus.
  Muſtela quum annis & ſenecta debilis,
Mures veloces non valeret adſequi,
Involvit ſe farina, & obſcuro loco
Abjecit negligenter. Mus, eſcam putans,
Adſiluit, & compreſſus occubuit neci:
Alter ſimiliter, deinde periit tertius.
Aliquot ſecutis, venit & retorridus,
Qui ſæpe laqueos & muſcipula effugerat,
Proculque inſidias cernens hoſtis callidi:
Sic valeas, inquit, ut farina es, quæ jaces.

2. Calamo ludimus. Scriptis jocamur.

3. Nenias. Fabulas reſpicit. Vide lib. 3. prol. ad Eutychum.

7. Quod interiore. Quod auctoris induſtria occultavit, & quaſi involvit fabularum involucris.

8. Sine mercede. Ne videar fru-

DELLE FAVOLE
DI FEDRO
LIBRO QUARTO.



FAVOLA I.

La Donnola e i Topi.

Lieve forse ti sembra, e folle cura,
S'allor che son da gravi studj scarco,
Scrivendo io scherzo, ma tu queste baje
Penetra: o quanto d'util c'è racchiuso!
Non sempre son, quai pajono, le cose,
E la scorza di fuori ingannò molti.
Sicchè rado addivien, che quanto ascose
Nelle tenebre l'arte, tu lo scopra:
E ch'io nol finga, mostrerà il racconto
De' Topi, e della Donnola. Da gli anni
Resa inetta una Donnola a raggiugnere
Gli snelli Topi, entro a farina involta
Per cotal guisa in luogo oscuro giacque,
Che parea morta. Un Topo esca la crede,
E se le avventa: essa lo azzanna, e uccide;
Così al secondo, al terzo, ed altri accade.
Alfin ne viene un, che sorbito, e lacci,
E trappole più volte avea scampato.
Scoprì lunge l'inganno, e: sostù, dice,
Viva così, come farina sei.

stra & gratis dixisse, non intelligi a quovis, quid fabulis subsit eruditio- nis sapientiæque, en vobis hanc de Mustela & Muribus, in qua pote-

ſtis experiri vires veſtras, & oſtendere quid innuat.
11. Adsequi. Attingere curſu.
14. Compressus. Oppreſſus. Al. *Comprenſus*.
16 Retorridus. *Retorridus* idem eſt, quod *recoctus*, id eſt, exercitatus, & multarum rerum uſu petitus.

FABULA II.

Vulpis, et Uva.

Fame coacta Vulpis alta in vinea
Uvam adpetebat ſummis ſaliens viribus;
Quam tangere ut non potuit, diſcedens ait:
Nondum matura eſt, nolo acerbam ſumere.
Qui facere quæ non poſſunt, verbis elevant,
Adſcribere hoc debebunt exemplum ſibi.

5. Elevant. Levia & vilia eſſe dicunt, contemnunt.

FABULA III.

Equus, et Aper.

Equus ſedare ſolitus quo fuerat ſitim,
Dum ſeſe Aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis eſt: ſonipes iratus fero,
Auxilium petiit hominis, quem dorſo levans
Rediit ad hoſtem. Jactis hunc telis eques
Poſtquam interfecit, ſic locutus traditur:
Lætor tuliſſe auxilium me precibus tuis:
Nam prædam cepi, & didici quam ſis utilis.
Atque ita coëgit frenos invitum pati.
Tum mœſtus ille: Parvæ vindictam rei

10. Sic valeas. Formula, qua ostendit se non habere fidem jacenti. Sic Mus ille apud Æsopum ad Felem, se mortuam simulantem: *Heus tu, etsi saccus fieres, non te adibo*. Est itaque: Valeas, velut intelligo te fatinam non esse.

FAVOLA II.

La Volpe e l' Uva.

Da fame spinta d' alta vite all' uva
Quanto mai puote lanciasi una Volpe;
Ma come vide a voto ir ogni sforzo,
Partì, dicendo: io non la curo: è acerba.
La favola è per tal, che con parole,
Ciò, ch' ottener non può, biasma e dispregia.

FAVOLA III.

Il Cavallo e il Cignale.

In quel guado, in cui ber solea un Cavallo,
Mentre il Cignal s' avvolge, il turba e mesce.
Quinci vien lite: il Destrier d' ira acceso
All' Uom ricorre, e lui del suo soccorso
Chiesto, sul dorso il toglie, e al Cignal riede,
Cui trafigge con dardi il Cavaliere.
Indi al Destrier rivolto: aita indarno
Non ti donai, gli dice, e preda io n' ebbi,
T' appresi quanto tu giovar mi possa.
E ad esso il freno, suo mal grado, impose.

Dum quæro demens, servitutem repperi.
Hæc iracundos admonebit fabula,
Impune potius lædi, quam dedi alteri.

1. Quo. Refertur ad sequens *vadum*, pro *in quo*, omissa præpositione. Ordo est: *Aper, dum volutat se se, turbavit vadum, quo equus fuerat solitus sedare sitim.*

11. SERVITUTEM REPPERI. Incidi in servitutem. Horat. Epist. lib. 1. 10. de Equo & Cervo:

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo

FABULA IV.

POETA.

PLUS esse in uno sæpe, quam in turba boni,
Narratione posteris tradam brevi.
Quidam decedens tres reliquit filias,
Unam formosam, & oculis venantem viros;
At alteram lanificam, frugi, & rusticam;
Devotam vino tertiam, & turpissimam.
Harum autem matrem fecit hæredem senex,
Sub conditione, totam ut fortunam tribus
Æqualiter distribuat: sed tali modo,
Ne data possideant aut fruantur; tum simul
Habere res desierint, quas acceperint,
Centena matri conferant sestertia.
Athenas rumor implet; mater sedula
Jurisperitos consulit: nemo expedit
Quo pacto non possideant, quod fuerit datum,
Fructumve capiant; deinde, quæ tulerint nihil,
Quanam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumpta est temporis longi mora,
Nec testamenti potuit sensus colligi,

Egli allor mesto: o qual pazzia mi prese!
Mi fei per leggier onta ad altrui servo.
Impari quinci ogn' iracondo i torti
Anzi a soffrir, che darsi ad altri in mano.

Imploravit opes hominis, frenumque recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.

FAVOLA IV.

Il Poeta.

Che spesso uno più val che cento, o mille
Io vo' mostrar con breve novelletta.
Un Uom tre Figlie avea, leggiadra l' una
E ben esperta ad uccellar cogli occhi;
Frugal l' altra, operosa, e villereccia;
La terza data al vin, sguajata, e brutta.
Morendo ei fece la lor Madre erede
A questo patto, ch' ella tutti i beni
Fra le Figlie divida in parti eguali;
Ma sì che la sua parte alcuna mai
Non possegga, nè goda, e quando ognuna
Ciò, che dato le fu, cessi d' avere,
Paghi alla Madre sua cento sesterzi.
Corre il rumor di questo testamento
Per tutta Atene: l' inquieta Madre
I periti consulta, e niun intende,
Come avere non deggiano e godere
Ciò che dato lor sia, nè come poi
Quando nulla abbian più paghin la Madre.

Fidem advocavit, jure neglecto, parens:
Seponit Mœchæ vestem, mundum muliebrem,
Lavationem argenteam, eunuchos, glabros:
Lanificæ agellos, pecora, villam, operarios,
Boves, jumenta, & instrumentum rusticum:
Potrici, plenam antiquis apothecam cadis,
Domum politam & delicatos hortulos.
Sic destinata dare cum vellet singulis,
Et adprobaret populus, qui illas noverat,
Æsopus media subito in turba constitit:
O si maneret condito sensus patri,
Quam graviter ferret, quod voluntatem suam
Interpretari non potuissent Attici!
Rogatus deinde, solvit errorem omnium.
Domum & ornamenta, cum venustis hortulis,
Et vina vetera date lanificæ rusticæ:
Vestem, uniones, pedisequos, & cætera
Illi adsignate, vitam quæ luxu trahit:
Agros, villas, & pecora cum pastoribus
Donate mœchæ. Nulla poterit perpeti,
Ut moribus quid teneat alienum suis.
Deformis cultum vendet, ut vinum paret;
Agros abjiciet mœcha, ut ornatum paret:
At illa gaudens pecore, & lanæ dedita,
Quacumque summa tradet luxuriæ domum.
Sic nulla possidebit quod fuerit datum,
Et dictam matri conferent pecuniam,
Ex pretio rerum, quas vendiderint singulæ.
Ita quod multorum fugit imprudentiam,
Unius hominis repperit solertia.

5. FRUGI. Antiquus nominativus hujus vocis est *frux*. Vid. de ea Sanctii Minerv. lib. 4. de Ellipsi, & ibi doctissimum Perizonium.

6. DEVOTAM. Deditam, ut paulo post *Lanæ deditam*.

10. AUT FRUANTUR. Aut iis fruantur. Casus enim hic est diversus, nisi antique sumas, *frui data*, ut apud Ciceronem, *Mea bona utantur*.

Poichè gran tempo andò, nè seppe alcuno
Il senso dicifrar del testamento,
L'equo supplire se' la Madre al dritto.
Vesti, donzelli, eunuchi, e ricchi arredi,
E lavatoi d'argento alla primiera
Ella destina; all' altra campi, e ville,
Pecore, e buoi, cavalli, agricoltori,
E rustici istromenti; alla beona
Piena di vecchio vino una cantina,
Una magion fornita, e a gozzoviglie
Begli orti adatti. Mentre in questa guisa
Far le parti dispone, e il popol tutto,
Che le donzelle conoscea, l'appruova,
Sorse improvviso in mezzo a tutti Esopo;
Ed: oh se il capo alzar fuor della tomba
Potesse il Padre, quanto sdegno avrebbe,
Che il suo voler sì mal discerna Atene!
Chiesto del parer suo così di tutti
L'errore ei sciolse: casa, attrezzi, e vini,
Ed orti ameni alla frugal si dieno;
Vesti, gioje, donzelli, eunuchi, eccetera
Diensi alla cioncatrice; e campi, e ville,
E pecore e pastor alla civetta.
Cose a' costumi suoi tanto discordi
Soffrir saprà nessuna: i ricchi arredi
La brutta venderà per comprar vino;
La vana i campi, onde sfoggiar nel lusso;
L'altra de' campi, e delle lane amica
Darà a qualunque prezzo e vini e case.
Per tal maniera non terrà nessuna
Ciò che dato a lei fia; col prezzo poi
Delle vendite lor, dare alla Madre
Potran ciascuna l'ordinata somma.
Così ciò che spiegar non sepper molti,
L'accortezza d'un sol fece palese.

12. CENTENA. Hoc eſt centum ſingulæ: duos mille & quingentos coronatos. Vid. Gron. de Seſtertiis.

14. EXPEDIT. Explicat, exponit rem.

20. FIDEM ADVOCAVIT. Eleganter & proprie. Advocantur enim, a quibus jus exquiritur. Cæterum quia, qui ſuggerere jus debuerant, non poterant id explicare, ideo hic *fidem* advocat. Intelligit autem fidem bonam, ex qua teſtamento ſtudet ſatisfacere, quando ex jure non poteſt.

22. LAVATIONEM. Vas ingens lotioni deſtinatum.

GLABROS. Leves, imberbes, depiles propter ætatem, natura differentes ab Eunuchis.

24. JUMENTA. Equos intelligit, atque ſic a bovibus diſtinguit. Ne-

FABULA V.

PUGNA MURIUM, ET MUSTELARUM.

QUUM victi Mures Muſtelarum exercitu,
(Hiſtoria quorum in tabernis pingitur)
Fugerent, & artos circum trepidarent cavos;
Ægre recepti, tamen evaſerunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conſpicuum in prælio
Haberent ſignum, quod ſequerentur milites,
Hæſere in portis, ſuntque capti ab hoſtibus;
Quos immolatos victor avidis dentibus
Capacis alvi merſit tartareo ſpecu.
Quemcumque populum triſtis eventus premit,
Periclitatur magnitudo principum,
Minuta plebes facili præſidio latet.

2. HISTORIA. Ita legi vult Gudius, neglecta eliſione in ſecunda voce, & ſe aliis poetæ noſtri exemplis tuetur. Heinſius, ne quid verſui deſit:
Hiſtoria quorum & in tabernis pingitur.

3. TREPIDARENT. Non eſt *expaveſcerent*, aut *paverent*, ſed, per ſolicitudinem feſtinarent intrare. Qua ſignificatione uſurpatur quoque apud Terent. Hec. *Trepidari ſentio*: & apud Virg. lib. 4. Æneid.
Dum trepidant alæ.
Et ſic alibi:

pos Eumene, c. 5. *Ut jumenta æque nitida ex castello educeret*.

25. Apothecam. Cellam, ubi disponebant & custodiebant cados.

Cadis. *Cadus* est vas vinarium ingens, capiens vini libras centum. Addit *antiquis*, quia tales pretiosiores.

26. Politam. Perfectam absolutamque omni ratione.

37. Luxu. Luxus, qui alias latius patet, hic stricte accipitur pro ebrietate seu temulentia. Significat ergo, quæ tam luxuriose vivit, ut in convivia & compotationes multos sumtus impendat & profundat.

46. Dictam. Præscriptam, constitutam. Sic *dotem dicere* apud Terent. Heaut. 5. 1.

FAVOLA V.

Il combattimento de' Topi e delle Donnole.

Allor, che vinti i Topi dall' esercito
Delle Donnole (e ben nota è la storia;
Nè ci è taverna in cui non sia dipinta)
Fuggivano, ed intorno alle lor tane
Pavidi a grande stento s' affollavano,
Ma pur v' entraro, ed iscampar la morte.
I Duci, che per dar un manifesto
Segno, cui seguan gli altri nella pugna,
Avean le corna al capo intorno avvinte,
S' impicciar nelle porte, ove in minuti
Brani, tritati da' nemici ingordi,
Restar ne' cavi ventri innabissati.
Se ria sciagura a una Cittade avvenga,
Sono i Primati a gran periglio esposti:
Trova la plebe vil facile scampo.

13. Plebes. Plebs. Occurrit hæc vox apud optimos Scriptores: sed dicitur & *plebis*, eodem nempe modo, ut *vulpes* & *vulpis*, *grues* & *gruis*.

FABULA VI.

POETA.

Tu, qui nasute scripta destringis mea,
Et hoc jocorum legere fastidis genus,
Parva libellum sustine patientia,
Severitatem frontis dum placo tuæ,
Et in cothurnis prodit Æsopus novis.
Utinam nec umquam Pelii nemoris jugo,
Pinus bipenni concidisset Thessala:
Nec ad professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem,
Inhospitalis prima quæ Ponti sinus
Patefecit, in perniciem Grajûm & Barbarûm.
Namque & superbi luget Æetæ domus,
Et regna Peliæ scelere Medeæ jacent,
Quæ sævum ingenium variis involvens modis,
Illic per artus fratris explicuit fugam,
Hic cæde Patris Peliadum infecit manus.
Quid tibi videtur? Hoc quoque insulsum est, ais,
Falsoque dictum: longe quia vetustior
Ægea Minos classe perdomuit freta,
Justoque vindicavit exemplo impetum.
Quid ergo possum facere tibi, lector Cato,
Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ?
Noli molestus esse omnino litteris,
Majorem exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictum est, si qui stulti nauseant,
Et, ut putentur sapere, cœlum vituperant.

5. ET IN COTHURNIS. Exspecta, ait, nec abjice libellum, donec te placem, & Æsopus prodeat in cothurnis, id est donec novo, & tragœdiæ convenienti sermone utentem eum studias; id quod vocat *novum*,

FAVOLA VI.

Il Poeta.

Tu, che nasuto hai le mie baje a vile,
Nè lor d'un guardo (è tal tuo sdegno) onori,
Soffri, finchè della severa fronte
Le rughe appiani, e a me miglior ti renda.
Con novelli coturni eccoti Esopo.
Deh non avesse mai Tessala scure
Stesi nel Pelio giogo a terra i Pini,
Per cui morte crudel videsi schiusa
Nuova strada a sue prede. O non avesse
Col consiglio di Palla Argo la Nave
Fabbricata, ch' a' Barbari, in lor danno,
E a' Greci aprio del mar l'ignoto seno.
Quinci ne piagne del superbo Eeta
La casa, e di Medea per l'empia impresa
Soffrir di Pelia i regni eccidio estremo.
Essa in più modi barbari ingegnosa,
Co' sparsi brani del fratello, il varco
Alla fuga trovò, quì nel paterno
Sangue lordò le figlie. Che ti sembra
Lettor di tal principio? Ed è scipito,
Mi rispondi, ed è falso: ognun pur sa,
Che molto innanzi con possente armata
Signor del vasto Egeo si fe' Minosse,
E un giusto freno alla baldanza impose.
Come sia dunque, o leggitor Catone,
Ch' unqua a te piaccia, se diletto alcuno
Non può recarti, o favoletta, o favola?
Non pugner le belle arti, se t'è caro
Dalle punture loro andarne esente.

quia inusitatum Æsopo fabulisque ejus. *Cothurnus* autem erat calceamenti genus, quo actores Tragœdiarum utebantur. Atque hinc pro sublimiori dicendi genere usurpatur. Ovid. 2. Trist.

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,
Quæque gravis debet verba cothurnus habet.

6. PELII NEMORIS. Silvæ, quæ erat in Pelione monte Thessaliæ incumbente in sinum Pelasgicum.

8. PROFESSÆ. Certæ, indubitatæ. Horat. Od. 3.

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

9. ARGUS. Navis illius artifex, qua vectus est Jason in Colchidem, ad vellus aureum reportandum.

OPERE PALLADIO. Palladis consilio & arte, vel etiam opera. Fingitur enim ipsa dejecisse arbores ad eam necessarias.

10. INHOSPITALIS. Proprie. Nam olim *Axenus* appellabatur. Ovidius de eo in Tristibus:

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Deinde *Euxinus* est dictus, ominis boni causa, id est, hospitalis. Vide porro de Ponti etymo Minervam Sanctii, & ibi doctissimas notas Jac. Perizonii p. 629.

11. BARBARUM. Barbarorum, qui in Colchide habitabant.

12. SUPERBI. Magni, potentis. Sumitur enim hic in bonam partem.

LUGET. Propter hanc expeditionem. Æetas enim amiserat aureum vellus, filiam Medeam, & filium Absyrtum.

13. PELIÆ. Quia Pelias a Medea occisus, de quo v. Ovid. Metam. lib. 7.

15. FRATRIS. Absyrti. Vid. Ovid. Trist. lib. 3. Eleg. 9.

EXPLICUIT. Cum Medea fugeret, insequebatur eam cum Jasone pater

---

FABULA VII.

VIPERA, ET LIMA.

MORDACIOREM qui improbo dente adpetit,
Hoc argumento se describi sentiat.
In officinam Fabri venit Vipera.
Hæc quum tentaret, si quæ res esset cibi,
Limam momordit; illa contra contumax:
Quid me, inquit, stulta dente captas lædere,
Omne adsuevi ferrum quæ corrodere?

4. SI QUA RES ESSET CIBI. Si quid esset, quod in cibum posset utile esse: si cibus quis esset. Sic *res voluptatum* pro voluptatibus dixit Plaut.

Il diſſi a tal (ſe pur c' è alcun sì ſtolto)
Che tutto ha a ſchiſo, e per parer ſaccente,
Scioglie contro del Ciel l' audace lingua.

Æetas. Imminenti ergo & jam capturo membra diſſecti fratris obiecit per partes, ut dum ſingula colligit, ipſa interea tempus haberet elabendi. Atque hoc eſt, *explicare fugam per artus fratris*.

18. Longe quia vetustior. Lemniorum in Thraciam expeditionem deſcribit Valer. Flaccus lib. 2. verſ. 108. Vid. Plin. lib. 7. cap. 56. Stat. Theo. lib. 5. Voſſ. ad Catull. p. 162.

19. Minos. Ante illa tempora Minos Rex Cretæ claſſe tranſiit mare Ægeum.

20. Vindicavit. Facto recti exempli vindicavit vim & injuriam ſibi factam in Androgeo filio.

Impetum. Injuriam, per cædem Androgei filii Minoi ab Athenienſibus illatam.

21. Cato. Proverbialiter de eo, qui moroſitate ingenii omnia carpit, quaſi diceret, o lector, Catoni ſimilis!

22. Fabellæ. Nec minora ſcripta, qualia fabulæ Æſopiæ, nec majora, qualia Tragœdiæ, ſeu Tragica argumenta, quorum ſpecimen nunc propoſui.

26. Cælum vituperant. Deo ipſi faciunt convicium, & imprudentiæ ipſum accuſant. Proverbialis figura de iis, qui præ nimia ſapientia, vel ſtultitia potius, pulcherrima etiam & abſolutiſſima taxare inſtituunt. Græcis uſitatam fuiſſe patet ex Suida & Zenodoto.

FAVOLA VII.

La Vipera e la lima.

Chi un più mordace a lacerar s' accinge,
In queſta favoluccia ſi ravviſi.
Nella bottega d' un ferrajo giunſe
Una Vipera, ed eſca ivi cercando,
Una lima afferrò, che contumace:
Stolta, dice, il tuo dente in van mi preſe,
Se rodere ogni ferro ho per coſtume.

Amphitr. Græca locutio eſt.

5. Contumax. Non cedens, non admittens morſum. Dicitur & de eo, qui mandatis inobediens eſt.

FABULA VIII.

Vulpis, et Hircus.

Homo in periclum ſimul ac venit, callidus
Reperire effugium alterius quærit malo.
Quum decidiſſet Vulpis in puteum inſcia,
Et altiore clauderetur margine,
Devenit Hircus ſitiens in eundem locum:
Simul rogavit, eſſet an dulcis liquor,
Et copioſus? Illa fraudem moliens:
Deſcende, amice, tanta bonitas eſt aquæ,
Voluptas ut ſatiari non poſſit mea.
Immiſit ſe barbatus; tum Vulpecula
Evaſit puteo, nixa celſis cornibus:
Hircumque clauſo liquit hærentem vado.

10. Barbatus. Eleganter animalibus ab ea parte corporis, qua maxime cognoſcuntur, nomen imponitur; quod Phædro familiare. Sic *auritulus* pro aſino, *bidens* pro ove, *laniger* pro agno.

12. Vado. Fundo putei. Alioqui hæc vox dicitur de omni illa acqua, quæ

FABULA IX.

De vitiis Hominum.

Peras impoſuit Jupiter nobis duas;
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit gravem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus:
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

1. Peras. *Pera* eſt ſacculus ex alluta e collo ad lumbos pendens.

4. Hac re. *Hac ex re*, ſicut dicimus *quare*, pro, qua ex re.

5. Simul. Simulac alii peccant.

FA-

FAVOLA VIII.

La Volpe e il Becco.

Quando un astuto a grave rischio è tratto,
Cerca coll' altrui danno averne scampo.
Inavvedutamente era caduta
In un pozzo la Volpe, a cui l' uscita
Il margo un cotal poco alto vietava;
Quando un Becco assetato colà giunto,
Se dolce, e molta sia l' acqua, le chiede.
La Volpe, a frode intenta: Amico scendi
(A lui risponde) è dolce ella cotanto,
Che saziar non puossi il piacer mio.
Esso discende; allor la Volpicella
S' appoggia all' alte corna, e un lieve salto
Spicca dal pozzo, e nel pantano il lascia.

potest vadari. Unde proverbium, *Res est in vado*, id est, salva. Terent. Andr. 5. 2. 4.

FAVOLA IX.

De' vizj degli Uomini.

Due tasche ci diè Giove: una de' nostri
Vizj ripiena al dorso appesa; l' altra
Dell' altrui colpe grave al collo impose.
Ecco perchè gli errori tuoi non vedi:
Altri fallisce appena, e tu 'l riprendi.

FABULA X.

FUR ARAM COMPILANS.

LUCERNAM Fur accendit ex ara Jovis,
Ipſumque compilavit ad lumen ſuum;
Onuſtus qui ſacrilegio quum diſcederet,
Repente vocem ſancta miſit religio:
Malorum quamvis iſta fuerint munera,
Mihique invisa, ut non offendar ſubripi;
Tamen, ſceleſte, ſpiritu culpam lues,
Olim quum adſcriptus venerit pœnæ dies:
Sed ne ignis noſter facinori præluceat,
Per quem verendos excolit pietas Deos,
Veto eſſe tale luminis commercium.
Ita hodie nec lucernam de flamma Deûm,
Nec de lucerna fas eſt accendi ſacrum.
Quot res contineat hoc argumentum utiles,
Non explicabit alius, quam qui repperit.
Significat primo, ſæpe, quos ipſe alueris,
Tibi inveniri maxime contrarios.
Secundo oſtendit, ſcelera non ira Deûm,
Fatorum dicto ſed puniri tempore.
Noviſſime interdicit, ne cum malefico
Uſum bonus conſociet ullius rei.

1. ARA. In ara perpetuus ignis. Sic lib. 1. fab. 27.

Vulpes ab ara rapuit ardentem facem.

2. COMPILAVIT. Exſpoliavit. Apul. Apol. dixit, *compilare domum alicujus*.

SUUM. Proprium ipſius Jovis, quod ab eo fur acceperat.

4. RELIGIO. Deus. Sio fere Virg. lib. 3. Æn.

Namque omnem curſum mihi proſpera dixit Religio.

5. MUNERA. Donaria, quæ vulgo dari diis, & in templis eorum ſuſpendi ſolebant.

7. SPIRITU. Sic *luere capite*, Cur. *Luere ſanguine*, Vell. *luere morte*, Cicero.

8. OLIM. Hæc vocula de tempore præterito & futuro dicitur.

FAVOLA X.

Il Ladro, che spoglia l'altare.

Un Ladro al fuoco dell' Altar di Giove
Il lume accese, onde spogliarlo ardìo.
Ed iva già del sacro furto onusto,
Quando dal Nume cotai voci uscìro:
Benchè don di rea gente è ciò, ch' involi,
Sicchè l' odio, e 'l tuo furto a me non cale;
Tu però scellerato con la vita
Allor, che giunga il destinato giorno,
Vo', che ne paghi il fio. Ma perchè il fuoco,
Per cui religione i Numi adora,
A favor non risplenda de' malvagi,
Ch' altro se ne raccenda io so divieto.
Così non più si accende il sacro fuoco
Alla lucerna, o questa a lui s' alluma.
Quanto di ben contenga la novella,
Il potrà solo disvelar l' Autore.
Ella dunque n' avverte, che non rado
La nostra mensa nutre a noi nemici;
Che non per ira il Ciel punisce i rei,
Ma spesso tarda la vendetta il fato.
Al fin cogli empj l' adoprar condanna.

Adscriptus. Scriptus a fatis, definitus.

12. Ita hodie. Patet hinc antiquitus morem fuisse, ut ignis ad sacra non accenderetur ex igne profano; sicut nec contra ignis profanus ex sacro. Sumit quippe Phædrus *lucernam* pro vulgari igne & non sacro.

13. Sacrum. Sacrificium, victimam. Scil. non ex culina, sed ex cælo petebant ignem, quo in hoc negotio utebantur.

19. Dicto. Constituto. Sic infra: *Rediit hora dicta*. Ter. Andr. *Hic nuptiis dictus est dies*.

FABULA XI.

HERCULES AD JOVEM.

OPES invisæ merito sunt forti viro,
Quia dives arca veram laudem intercipit.
Cœlo receptus propter virtutem Hercules,
Quum gratulantes persalutasset Deos,
Veniente Pluto, qui Fortunæ est filius,
Avertit oculos. Causam quæsivit Pater:
Odi, inquit illum, quia malis amicus est,
Simulque objecto cuncta corrumpit lucro.

3. CŒLO RECEPTUS. *In cœlum*, figurata locutio. Sic Virg. *It clamor cœlo.* pro ad cœlum. Extat hæc Fab. etiam apud Æsopum, fab. 194.

HERCULES. Jovis & Alcmenæ filius, qui ob virtutem & gloriam gestorum creditur annumeratus esse diis.

5. PLUTO. Deo divitiarum, filio

FABULA XII.

LEO REGNANS.

UTILIUS homini nihil est, quam recte loqui;
Probanda cunctis est quidem sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.
Quum se ferarum regem fecisset Leo,
Et æquitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine,
Atque inter illas tenui contentus cibo,
Sancta incorrupta jura reddebat fide:

. . . .

1. RECTE. Aperte, sincere, directe, sine ambagibus; ideo enim sequitur de *sinceritate*. Oppositum hujus est *oblique loqui*, quod passim

FAVOLA XI.

Ercole a Giove.

Giusto è l' odio, che ha il forte alle ricchezze,
Se ricco erario a vera lode è avverso.
Accolto in Ciel per sua virtude Alcide,
Mentre tutti gli Dei seco s' allegrano,
E lor s' inclina, al venir Pluto, il figlio
Della Fortuna, altrove gli occhi gira;
E tal cagione al Padre, che 'l richiede,
N' adduce: Odio colui, ch' a' tristi è amico,
E coll' offerte ogni ragion corrompe.

fortunæ. Dicitur *Plutus*, *Pluti*, & *Pluto*, *Plutonis*.
6. Pater. Jupiter, qui pater deorum dicitur: aut solo respectu ad Herculem, cujus pater erat, ut supra diximus.
8. Objecto. Velut esca volucribus objicitur, qua capiantur.

FAVOLA XII.

Il Leone Regnante.

Quanto d' util comprende un retto avviso!
S' approva il detto: pur veggiam non rado,
Che sincero parlar ruina apporta.
Re delle Fiere fattosi il Leone,
Per conseguir di giusto Prence il nome,
Oltre al natio costume, di non molto
Cibo è contento, e ad esse in mezzo, esatta
Incorrotta giustizia a tutte rende.
. . . .

in usu est. *Recte* sic usurpavit Plaut. Amph. III. *Recte loquere*, & alibi.
6. Deflexit. Mutavit antiquum feritatis morem, & vivendi rationem.

FABULA XIII.

* * * * *

POSTQUAM lavare cœpit pœnitentia
Affrictione veretri linguam mulieris,
Adfinitatem traxit inde obſcœnitas.

1. LAVARE. Al. *labare*, & pro *pœnitentia*, *penis tentio*. Mutila hic omnia & lacera. Sed parva eſt jactura. Petrus Scriverius in Animadverſionibus in Pervig. Ven. ſub finem, *Examina*, inquit, PŒNITEN-

---

FABULA XIV.

PROMETHEUS.

ROGAVIT alter, tribadas & molles mares
Quæ ratio procreaſſet: expoſuit Senex:
Idem Prometheus auctor vulgi fictilis;
Qui ſimul offendit ad fortunam, frangitur;
Naturæ partes, veſte quas celat pudor,
Quum ſeparatim toto finxiſſet die,
Aptare mox ut poſſet corporibus ſuis,
Ad cœnam eſt invitatus ſubito a Libero;
Ubi inrigatus multo venas nectare,
Sero domum eſt reverſus titubanti pede;
Tum ſemiſomno corde, & errore ebrio,
Adplicuit virginale generi maſculo,
Et maſculina membra adplicuit fœminis.
Ita nunc libido pravo fruitur gaudio.

1. ALTER. Quiſpiam, neſcio quis. TRIBADAS. Vide Voſſii obſervationes ad Catullum p. 286.

3. FICTILIS. Ex terra, luto ficti. Hoc enim verbo ſic utebantur. Apul. Apolog. *Etenim quod luto fictum*,

FAVOLA XIII.

* * * * * *

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

TIAM *Phædri fabulatoris, num quid elegantibus illis fabulis ſcelere alicujus impoſtoris acceſſeris mangonii.* Expendant eruditi.

FAVOLA XIV.

Prometeo.

Ond' Uom faſſi la Donna, e Donna l' Uomo,
Chieſe certuno a Eſopo; egli l' eſpoſe.
Prometeo primo autor del luteo volgo,
Che ſe contro fortuna urta, s' infrange,
Poichè le membra, che il pudor naſconde,
Stette un intero dì formando a parte,
Onde poſcia adattarle a' corpi ſuoi,
Ebbe da Bacco inaſpettato invito
D' ir ſeco a cena; ove di molto vino
Gonfio le vene, barcollando a caſa
Tardi ſi reſe, e quì fra'l vino, e'l ſonno
Confuſo all' Uomo le femminee parti,
Ed alla Donna le virili appoſe:
Quindi un ſeſſo dell' altro i modi imita.

vel ære inciſum &c. Cicero Piſoniana, *Homullus ex argilla & luto fictus.* Martial. 10. 39. *Ficta Prometheo diceris eſſe luto.* Hyginus Fab. CXLII. *Prometheus Iapeti filius, primus homines ex luto*

finxit. Ubi Jac. Gronovius emendat *primos homines*. Fulgent. IX. *Prometheum aiunt hominem ex luto finxisse*. Juvenal. sat. XIV.

Forsitan haec spernant Juvenes, quibus arte benigna
E meliore luto finxit praecordia Titan.

ubi vetus Scholiastes: *Prometheus filius Japeti, qui fuit unus e Titanibus*. Consule etiam Cl. Perizonium ad Sanctii Minervam p. 18.

4. Fortunam. Fortuna hic velut res dura fingitur, ad quam vulgus (nam illud *qui*, quod ante *simul* est, ad *vulgi*, non ad *Prometheus*

FABULA XV.

CAPELLÆ, ET HIRCI.

Barbam Capellæ quum impetrassent ab Jove,
Hirci mœrentes indignari cœperant,
Quod dignitatem fœminæ æquassent suam:
Sinite, inquit, illas gloria vana frui,
Et usurpare vestri ornatum muneris,
Pares dum non sint vestræ fortitudinis.
Hoc argumentum monet, ut sustineas tibi
Habitu esse similes, qui sunt virtute impares.

3. Dignitatem. Auctoritatem, quam præ ipsis antea habebant ex barba.

5. Muneris. Quod est, gravem esse; quo barba pertinet.

FABULA XVI.

GUBERNATOR, ET NAUTÆ.

Quum de fortunis quidam quereretur suis,
Æsopus finxit consolandi gratia.
Vexata sævis navis tempestatibus,
Inter vectorum lacrymas & mortis metum,

est referendum) formatus ex luto, sicut testa frangitur.

8. Libero. Baccho, Deo vini.

9. Inrigatus multo venas nectare. Constructio est Græca. Ad quem modum fere Virgil. Ecl. 6.

Inflatum hesterno venas, ut semper, Jaccho.

Nectare. *Nectar* est potus deorum, ut cibus ambrosia. Hic ponitur pro vino, quod *Bacchæum nectar* in Silvis vocat Statius.

11. Corde. Unde alias intellectus & consilium.

Ebrio. Errore ebrietatis.

FAVOLA XV.

Le Capre e i Becchi.

Parean sdegnarsi i Becchi, allorchè Giove
Fe' della barba alle Caprette il dono;
Quasi le Mogli a lor volesse uguali.
Cui Giove: deh lasciate, che cotesta
Godan ombra di gloria, e gli ornamenti,
Quando il vigor lor manca, abbian comuni.
*A non curar la novellu*z*za insegna*
Se tal, che di valor lasciamo addietro,
*Rassembri ugual nell' apparen*z*e a noi.*

FAVOLA XVI.

Il Piloto e i Naviganti.

Querelandosi un Uom di sua sventura,
Per consolarlo, Esopo a dir imprese.
Nave, che scossa da contrarj venti,
Fra le strida temeà naufragio, e morte,

Ferri ſecundis tuta cœpit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritate extollere
Faciem ad ſerenam ſubito ut mutatur dies.
Factus periclo tum gubernator ſophus;
Parce gaudere oportet, & ſenſim queri:
Totam quia vitam miſcet dolor & gaudium.

1. DE FORTUNIS. De improſpero ſucceſſu rerum ſuarum: *Fortunæ* igitur hic in plural. pro *fortuna*. Sic Terent. Andr. 1. 1. *Laudare fortunas meas*.

4. VECTORUM. Eorum, qui navi vehebantur.

5. FLATIBUS. Provehi ventis ſecundis.

6. EXTOLLERE. Elatos quaſi, &

FABULA XVII.

CANUM LEGATI AD JOVEM.

CANES legatos olim miſere ad Jovem,
Melioris vitæ tempus oratum ſuæ,
Ut ſeſe eriperet hominum contumeliis,
Furfuribus ſibi conſperſum quod panem darent,
Fimoque turpi maximam explerent famem.
Profecti ſunt legati non celeri pede,
Dum naribus ſcrutantur eſcam in ſtercore.
Citati non reſpondent: vix tandem invenit
Eos Mercurius & turbatos adtrahit.
Tum vero vultum magni ut viderunt Jovis,
Totam timentes concacarunt regiam.
Propulſi vero fuſtibus, vadunt foras:
Vetat dimitti magnus illos Jupiter.
Mirati, ſibi legatos non revertier,
Turpe æſtimantes aliquid commiſſum a ſuis,
Poſt aliquod tempus alios adſcribi jubent.

Aura ſeconda la ritorna in ſpeme,
E tal a' viandanti gioja arreca,
Quel ſubito ſeren, che'l Ciel rallegra.
Il Nocchier reſo dal periglio accorto,
Nè a duol, dice, ſi dee, nè ad allegrezza
Darſi in preda; la vita è or lieta, or meſta.

ſuperbos reddere, tanquam nihil mali amplius poſſet accidere.

7. Ut mutatur dies. Poſtquam ſedata tempeſtate ſerenitas rediit.

8. Gubernator. Nauta.

Sophus. Sapiens, prudens, Græcæ σοφός.

FAVOLA XVII.

Gli Ambasciadori spediti da' Cani a Giove.

A chieder vita meno dura i Cani
Spediro un tempo ambaſciadori a Giove.
Dell' Uomo eſſer volean ſottratti all' onte
Che pan miſto di cruſca a lor ſol porge,
E di ſterco gli aſtringe ad isfamarſi.
Gli ambaſciadori andar con tardo paſſo,
Tutti qua e là fiutando i mondezzai.
Citati non riſpoſero, e gran pena
Mercurio ebbe a durar per ritrovarli.
Confuſi alfin li traſſe a Giove innanzi:
Ma appena ne mirar l' auſtero volto,
Tutta per tema ſconcacar la reggia.
Cacciati toſto a ſuon di baſtonate,
Giove ordinò che foſſero arreſtati.
Que' che gli avean ſpediti, non veggendo
Tornare alcun, di qualche lor gran fallo

Rumor legatos superiores prodidit:
Timentes rursus aliquid ne simile accidat,
Odore canibus anum, sed multo replent.
Abeunt. Rogantes aditum, continuo impetrant.
Consedit genitor tum Deorum maximus,
Quassatque fulmen: tremere cœpere omnia.
Canes confusi, subito quod fuerat fragor,
Repente odorem mixtum cum merdis cacant.
Reclamant omnes vindicandam injuriam.
Sic est locutus ante pœnam Jupiter:
Legatos non est Regis non dimittere,
Nec est difficile, pœnas culpæ imponere:
Stet hoc (feretis pro justitia præmium)
Non cito dimitti, verum cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum:
Illi autem, qui miserunt hos tam futiles,
Numquam carebunt hominis contumelia.
Mandantur antro, non dimittuntur statim.
Ita nunc legatos expectans & posteros,
Novum venire cum videt, culum olfacit.

8. CITATI. Vocati solenni voce Mercurii. Vox est a judiciis petita. Vid. Asconius in l. 1. Accusat. in Verrem cap. 1.

14. REVERTIER. Reverti per Paragogen.

16. ADSCRIBI. Superioribus illis, antea a se missis ad Jovem, pro *adsociari*, *adjungi*.

17. PRODIDIT. Aperuit, notumque fecit, quam turpiter se in Jovis regia gessissent.

19. ODORE. Aromatibus odoratis. Sic mox infra. Usitatius tamen *odores*. Lampridius Heliogab. *Odores Indicos jubebat incendi*.

24. ODOREM. Quo repleti fuerant.

25. RECLAMANT. Iterum clamant omnes dii, ut nuper fecerant, cum priores legati sic se gessissent.

26. ANTE POENAM. Ante quam præciperet, quam pœnam iis vellet infligi.

27. NON EST REGIS. Non dimittere legatos non est Regis, id est, non decet Regem non dimittere legatos: ne jus gentium ipsis detentis violetur.

Ebber sospetto, e ne spedir di nuovi.
S' ode frattanto ciò che a' primi avvenne,
E temendo a' secondi egual sciagura,
D' aromi lor riempiono il messere.
Vanno; chieggono accesso; e tosto è dato.
S' asside il Padre degli Dei sul trono,
Il fulmin scuote, e tutto trema il mondo.
Al subito fragore sbigottiti,
Dal cul versano i Cani altro che aromi.
Allor tutti gli Dei gridar vendetta;
Ma pria Giove sì disse: il non rimettere
Gli Ambasciadori a giusto Re disdicesi;
Fia nondimeno il castigarli agevole.
Pena alla colpa abbiano egual: non siano
Tosto rimessi, ma di fame maceri
Del ventre il peso a contenere imparino:
E gli altri che spedir gente sì futile,
Laggiù dell' Uom le contumelie soffrano.
Chiusi fur dunque; e quelli che il ritorno
Aspettan de' balsamici messeri,
Quando straniero alcun trovan per via,
Tosto a fiutargli corrono il diretro.

29. Stet hoc. Sc. decretum. Cic. lib. 9. Ep. 2. *Modo stet nobis illud, una vivere in studiis nostris.* Jupiter apud Statium lib. xi. Theb.

Stat parcere mundo.

Præmium. Sermo est Jovis ad Deos, qui reclamaverant vindicandam hanc injuriam. Dii enim ferunt præmia bonis bona, malis mala & exitialia. Ita Virgilius, quem imitatus est Phædrus, 1. Æn.

Di tibi, si qua pios respectant
Numina, si quid
Usquam justitiæ est, & mens
sibi conscia recti,
Præmia digna ferant.

36. Novum. Novum legatum. Sensus est: Canis nostri temporis, legatos, non tantum priores illos, sed & posteros exspectans, quorum culus repletus erat odore; quoties novum & incognitum venire videt, culum ejus olfacit, an ille adveniens sit ex odoriferis illis.

FABULA XVIII.

Homo, et Colubra.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam Colubram sustulit,
Sinuque fovit contra se ipse misericors.
Namque ut refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia quum rogaret causam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

3. Contra se. In perniciem suam. Non absimili modo Ovid. Amor. 3. 8. *Contra te solers hominum natura fuisti.*

FABULA XIX.

Vulpis, et Draco.

Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures altius cuniculos,
Pervenit ad Draconis speluncam ultimum,
Custodiebat qui thesauros abditos.
Hunc simul aspexit: Oro ut imprudentiæ
Des primum veniam: deinde, si pulcre vides,
Quam non conveniens aurum sit vitæ meæ,
Respondeas clementer. Quem fructum capis
Hoc ex labore, quodve tantum est præmium,
Ut careas somno, & ævum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille; verum hoc a summo mihi
Jove attributum est. Ergo nec sumis tibi,
Nec ulli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo irascaris, libere si dixero:

FAVOLA XVIII.

L' Uomo e il Serpe.

Tardi si pente chi soccorre i tristi.
Dal freddo un serpe intirizzito, preso
Fu da tal, che crudel in ver se stesso,
Scaldollo in seno: si riebbe appena,
Che l' uccise, il perchè chiesto: a' malvagi
Perchè, disse, non sia chi a giovar prenda.

FAVOLA XIX.

La Volpe e il Drago.

Terra scavava, per formar sua tana,
La Volpe, e fatte alquante buche avea;
Allor che giunse ove tesori un Drago
Appiattati guardava. Il vide appena,
Che: Di grazia, gli dice, se cotanto
Incauta m' inoltrai, tu mel condona:
Indi chiaro poichè tu scorgi, o Drago,
Nulla confarsi l' oro al viver mio,
Dimmi cortese, quale o premio, o frutto
Ciò ti reca, sicchè tu sempre vegli
In tenebre? Nessuno, egli risponde;
Ma Giove me l' impose. Adunque nulla
Ne prendi, o doni? Tale è il mio destino.
Se audace parlo, mel condona: irato

Diis est iratis natus, qui est similis tibi.
Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miserum torques spiritum?
Tibi dico, avare, gaudium hæredis tui,
Qui thure Superos, ipse te fraudas cibo?
Qui tristis audis musicum citharæ sonum;
Quem tibiarum macerat jucunditas,
Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cælum fatigas sordido perjurio,
Qui circumcidis omnem impensam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.

2. CUNICULOS. *Cuniculi* sunt fossæ subterraneæ. Hinc *cuniculis oppugnare*, pro latenti fraude oppugnare.

3. DRACONIS. Dracones olim habiti custodes defossarum aut reconditarum opum. Sic de vellere aureo, sic de pomis aureis Atlantis traditum.

ULTIMUM. Ultimo, tandem. Al. *ultimam*, pro ultima speluncæ parte. Quale quid in Ter. Phorm. 1. 4. 38.

Sed quis hic est senex, quem vid(e)o in ultima platea?

Idem Heauront. 1 5. 29.

Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro.

6. SI. *Si* confirmantis est, ut Ter. Andr. 1. 5. 58.

Si te in germani fratris dilexi loco.

Virg. Æn. 4. 317.

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum.

Ovid. lib. 7. Metam. 852.

Per nostri fœdera lecti,
Perque Deos supplex oro, superosque, meosque;
Per si quid merui de te bene.

12. ATTRIBUTUM. Injunctum, impositum est, velut munus peculiare.

16. PRIORES. Qui fuerunt ante te, & excedere tamen vita coacti sunt.

FABULA XX.

PHÆDRUS.

QUID judicare cogitet livor, modo
Licet dissimulet, pulcre tamen intelligo.
Quicquid putabit esse dignum memoriæ,

Cielo

Cielo chi a te è ſimile, a vita traſſe.
Tu dunque, che n' andrai ove andar pria
Quanti fur di te innanzi; a che t' affanni
Sordido, cieco, ed infelice avaro?
Pena a te ſteſſo, ed all' ingordo erede
Folle piacer, cui ange, o ſia di flauto
O ſia di cetra il dolce ſuono, e increſce
Che te privi di cibo, i Dei d' incenſo,
Cui de' viveri il prezzo elice il pianto;
E purchè all' arca un danaruzzo aggiunga,
Con ſordidi ſpergiuri il Cielo ſtanchi:
E perchè nulla Libitina acquiſti
Del tuo, ogni ſpeſa al funeral recidi.

20. Qui tristis audis. Qui doles citharæ ſonis aliquid impendi.

21. Macerat. Macilentum facit jucunditas illa, quæ in cantu tibiarum eſt, quia illis aliquid impendi debebat.

22. Opsoniorum. *Opſonia* proprie ſunt, quæ ad panem veſcenda dantur.

Pretia. Illis impendenda. Nimia eorum caritas tibi gemitum exprimit.

23. Quadrantes. Nummos minimos, ut ſit ſenſus, talem vel oboli gratia perjurium committere.

Patrimonio. Proprie illa bona, quæ a parentibus hæreditate ad nos redierunt, patrimonium dici merentur; ſed & quodcunque ex quæſtu & opere noſtro vel aliunde obvenit, eo nomine denotatur.

25. Libitina. Seu ii, qui in templo ejus (eſt enim Dea funerum) quæ ad funus eſſent neceſſaria, vendebant.

FAVOLA XX.

Fedro.

Ciò, che livor fra ſe raggira, appreſi,
E s' occultar lo brama, in van s' adopra.
Quel ne' miei libri, che di fama è degno,
E' d' Eſopo. Se coſa egli abbia a vile,

Æsopi dicet: si quid minus adriserit,
A me contendet fictum quovis pignore.
Quem volo refelli jam nunc responso meo:
Sive hoc ineptum, sive laudandum est opus;
Invenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exequamur cœptum propositi ordinem.

5. Quovis pignore. Quovis pignore posito.

9. Sed exequamur. Sed pergamus in proposito nostro, & ad exemplum talis tabulæ feramur.

FABULA XXI.

Naufragium Simonidis.

Homo doctus in se semper divitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
Quo paupertatem sustineret facilius,
Circumire cœpit urbes Asiæ nobiles,
Mercede pacta laudem victorum canens.
Hoc genere quæstus postquam locuples factus est,
Venire in patriam voluit cursu pelagio;
(Erat autem natus, ut ajunt, in Ceo insula)
Ascendit navem, quam tempestas horrida,
Simul & vetustas medio dissolvit mari.
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,
Subsidium vitæ. Quidam curiosior:
Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tum pauci enatant,
Quia plures onere degravati perierunt.
Prædones adsunt, rapiunt quod quisque extulit,
Nudos relinquunt. Forte Clazomene prope
Antiqua fuit Urbs, quam petierunt naufragi.
Hic literarum quidam studio deditus,

Vorrà, ch' ad ogni patto a me s' ascriva:
Ma in tal guisa m' oppongo: O sia di biasmo,
O pur di loda degno il mio lavoro,
Esopo mi fu duce, il resto è mio.
Ma si conduca al fin ciò, che s' imprese.

FAVOLA XXI.

Il naufragio di Simonide.

Dovunque va, seco ha dovizie un dotto.
Simonide d' illustri carmi autore,
Per men sentir di povertade il peso,
Per le chiare Città dell' Asia in giro
Cominciò a gir, u' stabilito il prezzo,
Le lodi in verso a' vincitor' tessea.
Fatto ricco in tal guisa, al patrio suolo
(Che in Ceo nascesse il vuol comun sentenza)
S' accinge a far ritorno, e al mar s' affida;
Tal legno ascende, cui sdrucito, fera
Tempesta in mezzo all' onde e fiede, ed apre.
Chi ciò, ch' ave di prezzo, e chi il danajo
Della vita sostegno, al seno strigne.
Un saccente: Simonide, deh nulla
Di tue ricchezze prendi? Il tutto ho meco.
Rari scampan nuotando, i più sommerge
Il grave peso, e ciò, che pur rimane,
Tolto lor da' ladron, restaro ignudi.
Clazomene in buon punto era vicina,

Simonidis qui sæpe versus legerat,
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum, cupidissime
Ad se recepit; veste, nummis, familia
Hominem exornavit: ceteri tabulam suam
Portant, rogantes victum; quos casu obvius
Simonides ut vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, perit.

1. HOMO DOCTUS. Vide non dissimilia huic Fabulæ de Aristippo Philosopho, in Erasmi Apophth. lib. 3.

2. SIMONIDES. Poeta fuit Lyricus, qui quæstui poesin habuit, & arte vitam sustentavit.

MELOS. Carmen, versus lyricos. *Pegaseium melos* apud Persium in prologo.

5. MERCEDE PACTA. Sic optime Heinsius, quem vide; pro quo vulgo *et tota*. Idem est *præmium pactum* lib. 1. 8.

VICTORUM. In ludis Olympiis Græcorum. C. Nepos Præfat. *Magnis in laudibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari.*

6. POSTQUAM LOCUPLES FACTUS EST. Horatius de eo:

Paupertas impulit audax
Simonidem ut versus faceret.

Quod ei melius cessit, quam videbatur patri Nasonis, filium ab hac arte deterrenti his verbis:

Studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

7. PELAGIO. Pelagi, æquoreo. Valer. Flac. 1. Argon.

Et dedit æquoreos cælo duce tendere cursus.

Publ. Syrus apud Petron.

Matrona ornata phaleris pelagiis.

8. CEO. Insula maris Ægei. Ovid.

Cingitur Ægeo nomine Cea mari.

Unde illud est Horatii:

FABULA XXII.

MONS PARTURIENS.

MONS parturibat, gemitus immanes ciens;
Eratque in terris maxima exspectatio.
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui, magna quum minaris, extricas nihil.

3. MUREM. Horat. de Arte poetica:

Parturient montes nascetur ridiculus mus.

MINARIS. Promittis. Catachresis, Horat.

Cittade antica, e là drizzar suoi passi.
Uom delle Muse amico, e da gran tempo
Ammirator del naufrago Poeta,
Di cui frequente leggea i carmi, in esso
S'avviene, e appena il suo parlar discopre,
Ch' avidissimamente a se lo tragge,
E vesti, e soldo, e servi a lui comparte.
Con la tabella il vitto accattan gli altri.
In essi a caso s'incontrò il Poeta,
E meco, disse, ecco se tutto io serbo.
Delle cose rapite, a voi che resta?

Cea retractes munera neniæ. id est, Simonideæ.

11. Zonas. In quibus repositam habebant olim pecuniam.

14. Mecum. Apud me. Similis est historia Biantis, quæ omnibus nota est.

15. Periereunt. Sic recte Heinsius, & alii viri docti, penultima correpta.

16. Extulit. E mari scilicet & naufragio.

17. Clazomenæ. Urbs Joniæ maritima.

23. Familia. Servis. Ita sup. lib. 3. fab. 16.

Æsopus domino solus cum esset familia.

24. Tabulam suam. Naufragii. Naufragi enim stipem ostiatim corrogare solebant, in tabula quadam depictum habentes naufragii suicasum ad commiserationem commovendam. V. Hor. 1. Od. 5. & ibi Interpretes.

27. Perit. Pro *periit*, metri causa. Quod rapuistis perit vobis, perdidistis quod extuleratis.

FAVOLA XXII.

Il Monte partoriente.

Vicino a partorir con alte grida,
Tutto il Mondo tenea sospeso un Monte.
Alla fin n'uscì un Topo. A te lo scrissi,
Da cui gran cose attendo, e nulla veggio.

Atqui vultus erat multa & præclara minantis.

Extricas nihil. Absolvis, perficis, expedis. Metaphorica est locutio.

FABULA XXIII.

FORMICA, ET MUSCA.

FORMICA & Musca contendebant acriter,
Quæ pluris esset. Musca sic cœpit prior:
Conferre nostris tu potes te laudibus?
Ubi immolatur, exta prægusto Deûm.
Moror inter aras, templa, perlustro omnia;
In capite regis sedeo, quum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo oscula;
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.
Quid horum simile tibi contingit, rustica?
Est gloriosus sane convictus Deûm,
Sed illi, qui invitatur, non qui invisus est.
Reges commemoras, & matronarum oscula;
Ego granum in hyemem quum studiose congero,
Te circa murum video pasci stercore.
Aras frequentas; nempe abigeris quo venis:
Nihil laboras; ideo quum opus est, nil habes.
Superba jactas, tegere quod debet pudor;
Æstate me lacessis; quum bruma est, siles:
Mori contractam quum te cogunt frigora,
Me copiosa recipit incolumem domus.
Satis profecto retudi superbiam.
Fabella talis hominum discernit notas
Eorum, qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

4. IMMOLATUR. Ubi victima mola falsa conspergitur. Hoc enim est, *immolare*.

DEUM. Diis dicata.

OSCULA. Parva ora. Ovid. Metam. lib. 1. de Daphne:

Videt igne micantes
Sideribus similes oculos, videt oscula; quæ non
Est vidisse satis.

Et propius Virg. 1. Æneid.

Oscula libavit natæ.

FAVOLA XXIII.

La Formica e la Mosca.

Fra la Mosca era insorta, e la Formica,
Chi di lor sovrastasse, acre contesa.
Sì cominciò la Mosca: Ed ancor osi
Venir meco a tenzone? Allor che s' offre
Vittima a' Dei, le viscere n' assaggio.
Fra gli Altari io dimoro; in capo a' Regi,
Se m' è a grado, m' assido, e su i bei labbri
Delle caste matrone anche mi fermo.
Nulla fatico, ed il miglior mi godo.
Che hai tu di somigltevole, villana?
Lo seder alla mensa degli Dei
Reca gloria, egli è ver, purchè ne sia
Invitato, non già, s' avuto a schifo.
Delle matrone i baci, e i Re millanti?
Quando ben mi ricorda, allor che il grano
Per il verno sollecita raccolgo,
Veduta averti d' ogni vil sozzura
Pascerti presso a' muri. Tu gli Altari
Frequenti; ma però se' giunta appena,
Che ti discaccian tosto; non lavori;
Ma nulla hai pronto, ove bisogno il chiegga.
Ciò, che vuolsi celar, commendi altera.
Mi disfidi la state, il verno taci,
Allor che il freddo intirizzita a morte
T' adduce; nulla io soffro, e ricca casa
Di sicuro soggiorno mi provvede.
Ecco abbastanza tua alterigia doma.
  Segna il racconto quei, che finte lodi
S' arrogano, e coloro, a cui virtude
Soda gloria comparte, ed onor vero.

8. LABORO NIHIL. Nullam rem laboro, ab omni labore sum libera. Malim cum Heinsio. *Nihil laboro*; quod reddit versum ornatiorem. Præterea sequitur statim. *Nihil laboras*.

9. RUSTICA. Quæ ruri agis, dum ego versor in oppidis & templis.

10. CONVICTUS DEUM. *Convictus* usurpatur de iis, qui eadem mensa nobiscum edunt. Cum ergo aræ di-

FABULA XXIV.

SIMONIDES A DIIS SERVATUS.

QUANTUM valerent inter homines literæ,
Dixi superius: quantus nunc illis honos
A Superis sit tributus, tradam memoriæ.
Simonides idem ille, de quo retuli,
Victoris laudem cuidam pyctæ ut scriberet,
Certo condixit pretio: secretum petit.
Exigua quum frenaret materia impetum,
Usus poëtæ, ut moris est, licentia,
Atque interposuit gemina Ledæ sidera,
Auctoritatem similis referens gloriæ.
Opus adprobavit: sed mercedis tertiam
Accepit partem. Quum reliquum posceret:
Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudis duæ.
Verum ne irate dimissum te sentiam,
Ad cœnam mihi promitte, cognatos volo
Hodie invitare, quorum es in numero mihi.
Fraudatus quamvis, & dolens injuria,
Ne male dimissam gratiam corrumperet,
Promisit; rediit hora dicta, recubuit.
Splendebat hilare poculis convivium.
Magno apparatu læta resonabat domus:
Repente duo quum juvenes sparsi pulvere,
Sudore multo diffluentes corpora,
Humanam supra formam, cuidam servulo

cantur mensæ deorum, possunt illi, qui ex illi svescuntur, dici esse convictores deorum.

18. Quum bruma est. Cum hyems advenit. *Bruma* dicitur dies solstitii hyemalis, quod accidit die 20 aut 21 Decembris.

24. Solidum decus. Decus sincerum, firmum, infucatum. Opponitur falsis laudibus.

FAVOLA XXIV.

Simonide, che gli Dei preservano da morte.

Qual nasca giovamento dagli studj
Fra gli Uomini il narrai, or quanto i Numi
Gli onorar, dir a' posteri m' accingo.
Per tesser lodi a un vincitor Atleta,
Simonide, di cui parlai poc' anzi,
Stabilì il prezzo, e in loco ermo sen gio.
Ma l' argomento lieve alla seconda
Vena, frenando il corso, qual si suole
Da' Poeti, licenza prende, e i due
Figli di Leda, che cangiarsi in stelle,
Frappose, indi simil laude all' Atleta
Fe' derivar. S' approvò l' opra, e un terzo
Della mercede convenuta ottenne.
Richiesta l' altra: la daran, risponde,
Quei, ch' ebbero due parti di tre lodi;
Ma perchè disdegnato tu non parta,
Poichè i congiunti, e te a' congiunti ascrivo,
Alla cena invitai, te pure invito.
Benchè deluso, e l' onta alto il trafigga,
Per non farsi l' Atleta in tutto avverso,
Promette, e all' ora destinata riede.
Siede a mensa: le tazze, l' apparato,
Il convitto, la casa empion di gioja.

Mandant, ut ad ſe provocet Simonidem,
Illius intereſſe ne faciat moram.
Homo perturbatus excitat Simonidem.
Unum promorat vix pedem triclinio,
Ruina camaræ ſubito oppreſſit ceteros;
Nec ulli juvenes ſunt reperti ad januam.
Ut eſt vulgatus ordo narratæ rei,
Omnes ſcierunt, numinum præſentiam
Vati dediſſe vitam mercedis loco.

1. QUANTUM VALERENT. Quantas divitias ſcilicet homo doctus in ſe ſemper haberet, ut dixit ſuperius.

2. SUPERIUS. Fabula 17 in qua retulit Simonidem naufragum inveniſſe Clazomenæ virum, qui hunc exceperit, ornaveritque rebus omnibus, ob illius peritiam, ſingularemque eruditionem.

5. PYCTÆ. Pugili victori coronato. Vox eſt Græca πύκτης.

6. CONDIXIT. Promiſit petenti.

PRETIO. Nam, ut vidimus, quæſtui artem ſuam habuit:

Mercede pacta laudem victorum canens.

PETJT. *Petjt*, pro *petiit*, ut in priore fabula de Simonide *perjt*.

7 FRENARET. Metaphora. Cohiberet propter ſuam exiguitatem, ut libero impetu non poſſet evagari.

9. *Interpoſuit*. Inter ea, quæ proprie argumentum poſtulabat.

SIDERA. Pertinet ad *gemina*. Non enim erant Ledæ ſidera, ſed filii, qui ſimul fuerunt ſidera, Gemini, itemque Caſtor & Pollux vocata. De his Orat. Odar. lib. 1.

Sic fratres Helenæ lucida ſidera,
Ventorumque regat Pater.

10. AUCTORITATEM. Significat retuliſſe Simonidem, quæ de ſimili Caſtoris & Pollucis victoria memorantur, ac per comparationem iſtam cum hac victoria, auctoritatem fuiſſe majorem illi.

REFERENS. Commemorans. Sup. lib. 1. fab. 2.

Æſopus talem tum fabellam rettulit.

& in fabulæ hujus initio:

Simonides idem ille, de quo rettuli.

11. ADPROBAVIT. Simonides illi, qui ſub certa mercede id ab eo exegerat.

13. DUÆ. Scil. *partes*, ut ſenſus ſit: Illi quorum ſunt duæ reliquæ partes laudationis, reddant tibi, quod poſtulas; ego enim quod pactus ſum pro mea parte, ſolvi. Faber legit non ita male:

Illi, inquit, reddent, quorum ſunt laudes, duo.

14. NE IRATE. Ut ſciam, ut certus ſim te non irate dimiſſum. Nam

Quando repente due, più che d' umano
Sembiante, di ſudor, di polve aſperſi,
Impongono ad un ſervo, che 'l Poeta
Faccia sì, ch' a lor venga incontinente;
Montar d' aſſai, ch' e' non frapponga indugio.
Sì turbato gliel dice, che Simonide
In fretta parte: il piede ha fuori appena,
Che cadendo la volta tutti opprime:
Nè alla porta più alcun giovin ſi trova.
Come ciò ſi riſeppe, ognun s' avvide,
Che gli Dei fur que' due, che per mercede
De' loro encomj gli donar la vita.

ſi non promitteret, iratum inde colligeret Simonidem. Heinſius:

Verum ne ingrate te dimiſſum ſentias.

16. QUORUM ES IN NUMERO. Ego te pro tali habeo, ego te inter cognatos meos numero: adeo non debes de ira quadam mea in te ſuſpicari. Olim cum alicui adblandiebantur, eum patrem, fratrem &c. vocabant. Inde ille adoleſcens apud Terent. Phorm. 3. 2. 11.

Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus,

Nec multum abit a more noſtratium.

18. MALE. Refertur ad *corrumperet*. *Male corrumpere* eſt imprudenter, & cum ſuo detrimento corrumpere, vel perdere. Senſus eſt, ne male corrumperet gratiam, ſi eam dimitteret, ac recuſaret oblatam.

22. DUO JUVENES. Juſtinus lib. 20. 3. *Pugnantibus Locris, aquila ab acie nunquam receſſit, eoſque tandiu circumvolavit quoad vincerent. In cornibus quoque duo juvenes diverſo a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine, & albis equis & coccineis paludamentis, pugnare viſi ſunt, nec ultra apparuerunt, quam pugnatum eſt.*

25. PROVOCET. Vocet e convivio.

28. EXCITAT SIMONIDEM. Extra eum vocat. Nam *cītare* eſt vocare.

28. PROMORAT. Promoverat, vix poſuerat pedem e triclinio.

29. CAMARÆ. *Camara* fornix eſt, ſive tectum fornicatum.

32. NUMINUM. Deorum, Caſtoris & Pollucis.

FABULA XXV.

POETA.

SUPERSUNT mihi quæ ſcribam, ſed parco ſciens;
Primum tibi eſſe ne videar moleſtior,
Diſtringit quem multarum rerum varietas:
Dein ſi quis eadem forte conari velit
Habere ut poſſit aliquid operis reſidui:
Qamvis materiæ tanta abundet copia,
Labori faber ut deſit, non fabro labor.
Brevitati noſtræ præmium ut reddas, peto,
Quod es pollicitus. Exhibe vocis fidem:
Nam vita morti propior eſt quotidie.
Et hoc minus uſu veniet ad me muneris,
Quo plus conſumet temporis dilatio.
Si cito rem perages, uſus fiet longior:
Fruar diutius, ſi celerius cœpero.
Languentis ævi dum ſunt aliquæ reliquiæ,
Auxilio locus eſt: olim ſenio debilem
Fruſtra adjuvare bonitas nitetur tua,
Quum jam deſierit eſſe beneficio utilis,
Et mors vicina flagitabit debitum.
Stultum admovere tibi preces ſexcenties,
Proclivis ultro quum ſit miſericordia.
Sæpe impetravit veniam confeſſus reus,
Quanto innocenti juſtius debet dari?
Tuæ ſunt partes, fuerunt aliorum prius,
Dein ſimili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
Et gratulari me fac judicio tuo.
Excedit animus, quem propoſuit terminum,
Sed difficulter continetur ſpiritus,

FAVOLA XXV.

Il Poeta.

Molto ancor mi rimane, e ad arte il lascio,
Pria perchè riuscir grave ad un, cui molte,
E varie ingombran cure, io non rassembri;
Poscia perchè s' a caso ad altri è in grado
Cotai studj seguir, abbiane il come.
Benchè sia ricca la materia in guisa,
Che mancar questa anzi che possa a noi,
Mancar vedrassi chi il lavor n' imprenda;
Quel premio, che alla nostra brevitade
Promettesti, io richieggo, e quel, ch' in voce
Voler darmi dicesti, alfin mel dona.
Ogni dì più si fa morte vicina,
E quanto mi prolunghi i doni tuoi,
Tanto ne ruba il tempo: immantinente
Se li rechi, più ancor godronne il frutto.
Finchè un po' dunque mi riman d' etade,
Or or mancante, il tuo soccorso appresta.
Che pro, se mi sovvenga, allor che morte
Imminente, il comun tributo esiga?
Ma perchè mille suppliche t' arreco,
Quando tu stesso alla pietade inchini?
Spesso perdono un reo convinto ottenne;
Il merta ben, s' un innocente il chiegga.
Queste son le tue parti, pria fur d' altri;
E passeran con simil giro in altri.
Risolvi ciò, che fè, che 'l giusto ammette,
E allegrezza m' apporti tua sentenza.
Ma dal confin prescritto io mi dilungo.
E' pur difficil, che colui, cui nota

Integritatis qui sinceræ conscius,
A noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint, requires: apparebunt tempore.
Ego quondam legi quam puer sententiam:
Palam mutire plebeio periculum est,
Dum sanitas constabit, pulcre meminero.

3. DISTRINGIT QUEM. Quem occupatum habent multa diversi generis negotia.

5. RESIDUI. A me relicti.

9. EXHIBE VOCIS FIDEM. Præsta ipso opere, quod voce ac sermone promisisti.

11. ET HOC MINUS. Ita restitutus hic versus ex emendatione Gudii, cum antea legeretur:

Et hoc minus veniet ad me muneris.

reclamante metri ratione.

USU. De usu muneris loquitur, & ob brevitatem vitæ cito expediendum esse promissum beneficium monet, ut eo uti possit longius.

19. FLAGITABIT DEBITUM. Exposcet vitam, quam illi omnes debemus. Scilicet

Debemus morti nos nostraque.

20. SEXCENTIES. Jam semel atque iterum opem tuam imploravi. Quid stultius certe est quam sexcenties id te rogare? *Sexcenties* pro *pluries* passim invenitur apud auctores. Plaut. Menechm. 5. 4.

Quin suspirabo plus sexcenties in die.

21. PROCLIVIS ULTRO. Schefferus suspicatur scripsisse Phædrum:

EXPLICIT LIB. IV.



E' sua innocenza, rattener si possa,
Allor che petulante astio l'insegue!
Tu mi chiedi, qual è? dirallo il tempo.
Lessi fanciul cotal sentenza: In pubblico
Far motto a un uom di vulgo è di periglio.
Fissa in mente starà, fin ch'avrò senno.

Procl'vis ultro quum sit misericordiæ,
sensu, si ita l'ceat, plno.

24. TUÆ SUNT PARTES. Locutio petita a scenicis, quorum cuique suæ sunt partes datæ. Ter. prol. Phorm.

Primas partes qui aget, is erit Phormio
Parasitus.

Hoc vult: Te decet exemplum dare aliis bene de opere meo judicandi.

26. DECERNE. Fer eam sententiam, quam salva fide boni judicis ferre potes.

31. NOXIORUM. Eorum, qui nocere possunt. Sic supra *innoxius*. Respicit forte Sejanum, quem sibi accusatorem, testem ac judicem simul fuisse, conquestus est supra Prol. lib. 3.

34 MUTIRE. Festus: MUTIRE, *loqui*, quem vid.

35. DUM SANITAS CONSTABIT. Dum sanitas constabit mihi, dum ero sana mente præditus, caute ac prudenter revocabo in memoriam hanc sententiam.

TERMINA IL LIB. IV.



PHÆDRI

FABULARUM

LIBER QUINTUS.



PROLOGUS.

Quum destinassem operis habere terminum,
In hoc, ut aliis esset materiæ satis,
Consilium tacito corde damnavi meum.
Nam si quis talis etiam est tituli *artifex*,
Quo pacto divinabit quidnam omiserim,
Ut illud ipsum cupiam famæ tradere;
Sua cuique quum sit animi cogitatio,
Colorque proprius? Ergo non levitas mihi,
Sed certa ratio causam scribendi dedit.
Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis,
Quas Æsopeas, non Æsopi nomino,
Paucas ostendit ille, ego plures dissero,
Usus vetusto genere, sed rebus novis.
Quarum libellum dum tu varie perleges,
Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui
Vestras in chartas verba transfertis mea,
Dignumque longa judicatis memoria.
In literarum ire plausum desidero.

DELLE

4. Talis etiam. Titulum intelligit poetæ, qui fabulas scribit, quasi diceret: Nam etiamsi est poeta quispiam, qui & ipse scribere fabellas volet, quomodo divinare poterit eas, quas ego omisi, ut non alias scribat potius, quas ipse fingat, diversas longe ab his, quas omitto? Sed

DELLE FAVOLE
DI FEDRO
LIBRO QUINTO.



PROLOGO.

FERMO era di por fine all' opra mia,
Ricca perchè restasse altrui la messe;
Il mio pensier quando entro me ripresi:
Poichè imitar s' alcun vuol mio lavoro,
Come può dirgli l' indovina mente
Ciò, ch' io alla fama consegnar desio?
Ha il suo pensar ciascun; ha lo stil suo.
Dunque avveduto, non leggier pensiero,
Ciò, ch' impresi a seguir, vie più m' indusse.
Quinci poichè apportar ti suol diletto
Udir le favolucce, ch' Esopee,
Non più d' Esopo appello; ei fu di poche,
Dietro a sua scorta io son di molte autore:
Nuovo è il racconto, se lo stile è antico.
Se tu sovente Coërede amico
Le legga, quanto egli ha piacer, le roda
Se non puote imitarle, atro livore.
Che tu, ch' altri a te eguale, ne' suoi scritti,
Le mie baje frammetta, e degno m' abbia
Di lunga fama; assai di lode ottenni.
De' letterati il plauso e pregio, ed amo.

de loco tam mendoso & mutilo videantur Interpretes.

8. COLORQUE PROPIUS. Sensus est: Habet quisque suam indolem, suum ingenium, suam scribendi rationem, nec bene suppler quæ alii omiserunt.

LEVITAS. Resiliendo a proposito, & mutando consilium. *Levitas* est,

cum repentino impetu & sine ratione certa, veluti vento, rapitur animus atque impellitur in aliquid.

10. PARTICULO. Nonius: PARTICULONES *dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant*. Id quod firmat auctoritate Pomponii.

13. USUS VETUSTO. Usus antiquo more scribendi.

14. QUARUM. Sic recte Gudius emendavit, & emendationis rationes attulit. *Quarum*, id est, fabularum, quæ proxime præcedunt. Antea vitiose editum fuit:

POETA.

ÆSOPI nomen sicubi interposuero,
Cui reddidi jam pridem quicquid debui,
Auctoritatis esse scito gratia;
Ut quidam artifices nostro faciunt seculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adscripserunt Praxitelem suo,
Myronem argento. Plus vetustis nam favet
Invidia mordax, quam bonis præsentibus.
Sed jam ad fabellam talis exempli feror.

1. SICUBI INTERPOSUERO. Si dixero, Æsopum hoc aut illud fecisse, hanc recitasse fabulam.

2. QUICQUID DEBUI. Fabulas ab Æsopo acceptas intelligit; eas ait reddidisse, quia sub ipsius nomine in præcedentibus proposuit.

6. PRAXITELEM. Praxitelis nomen.

FABULA I.

DEMETRIUS, ET MENANDER.

DEMETRIUS, qui dictus est Phalereus,
Athenas occupavit imperio improbo.
Ut mos est vulgi, passim & certatim ruunt;
FELICITER, subclamant. Ipsi principes
Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum,

Quartum libellum dum tu vacive perleges.
Cui lectioni obstat ratio metrica. 20. In literatum. Sic emendavit Gudius. Alii:
Inliteratum plausum non desidero.
Literarum est literatorum. Valer. Max. lib. 2. cap. 9. *Ipsæ medius fidius mihi literæ seculi nostri obstupescere videntur.* Noster lib. 4. fab. 5,
Noli molestus esse omnino literis
id est, literatis.

Il Poeta.

Se in avvenir d' Esopo il nome incontri,
Poichè a lui diedi quanto dar dovea,
Perchè stima s' accresca all' opra, il posi;
Siccome avvien, che a' tempi nostri aggiugnere
Pregio al lavor se qualche artier desia,
Prasitele nel marmo ne fa autore,
Nell' argento Miron. Mordace invidia,
Anzi ch' un buon presente, i morti estolle.
Ma cotal favoletta s' incominci.

Statuarius fuit multi nominis, marmoreis signis faciendis nobilis. 7. Myronem. Argento. Argenteis signis, ex quibus, ut & æreis faciendis, illustre nomen consecutus est Myron.

FAVOLA I.

Demetrio, e Menandro.

Demetrio Falereo d' Atene un tempo
Con forza ingiusta si usurpò l' impero.
Corse, com' è costume, il volgo a gara
Gridando: evviva. Gli Ottimati istessi
Baciavano la man che gli opprimea,

Tacite gementes tristem fortunæ vicem.
Quin etiam resides & sequentes otium,
Ne defuisse noceat, reptant ultimi;
In quîs Menander, nobilis comœdiis,
Quas, ipsum ignorans, legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri;
Unguento delibutus, vestitu adfluens,
Veniebat gressu delicato & languido.
Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine:
Quinam cinœdus ille in conspectu meo
Audet venire? Responderunt proximi:
Hic est Menander scriptor. Mutatus statim

. . . .

1. DEMETRIUS. Orator fuit & Philosophus eximius.

2. IMPROBO. Injusto, contra leges, hoc est, factus tyrannus.

4. FELICITER. Solennis acclamationis formula.

IPSI PRINCIPES. Præcipui cives, quomodo *principes Atheniensium* apud Nepotem in Cimone.

7. RESIDES. Desides, nihil publice agentes, *sequentes otium*, ut ipse exponit.

8. REPTANT. Lentu gradu accedunt. Terent. Adelph. 4. 6. 3.

Perreptâvi usque omne opidum, ad portam, ad lacum.

9. IN QUIS. Inter quos ultimos.

MENANDER. Atheniensis poeta,

FABULA II.

VIATORES, ET LATRO.

VIAM expediti pariter carpebant duo;
Imbellis alter, alter at promptus manu.
Occurrit illis latro, & intentans necem
Aurum poposcit. Audax confestim irruens
Vim vi repellit, ac ferro incautum occupat,
Et vindicavit sese forti dextera.
Latrone occiso, timidus accurrit comes,

Taciti in cor piangendo il lor destino.
I più lontani dalle brighe anch' essi,
Perchè il mancar non noccia, ultimi andaro.
Menandro era fra questi illustre e conto
Per le commedie sue, che letto avea
Demetrio istesso lui non conoscendo,
E ammirato n' avea l' acuto ingegno.
Sparso d' unguenti, e in abito elegante
Con passo egli venia languido, e molle.
Dietro agli altri veggendolo il Tiranno:
Quel Donzello chi è ch' osa mostrarsi
Al mio cospetto? Que' che gli eran presso
Disser: Menandro egli è. Tosto cangiato.
. . . .

comicorum princeps.

10. Ipsum ignorans. De facie eum non noscens. C. Nepos Aristide 1. *Respondit se ignorare Aristidem*.

12. Vestitu adfluens. Similis locutio est in Propertio lib. 2. El. 22.
Ostrina cum fluit in tunica.
Est autem *adfluens vestitu*, qui vestitu fluxiore incedit, quod divitum erat.

15. Cinoedus. Ille mollis & effoeminatus.

16. Proximi. Qui ex amicis vel ministris circa Demetrium erant.

FAVOLA II.

I Viandanti e il Ladro.

Facean viaggio due compagni, un prode,
Imbelle l' altro. Masnadier gli assale,
Chiede il danaro, o lor minaccia morte.
Lo afferra il prode, e forza a forza opposta,
L' ancide incauto. Il vede l' altro appena,
Ch' accorre, e spada impugna, e mantel getta:
Ove è il ribaldo? dice, mostrerogli

Stringitque gladium, dein rejecta penula:
Cedo, inquit, illum, jam curabo sentiat,
Quos adtentarit. Tunc qui depugnaverat:
Vellem istis verbis saltem adjuvisses modo,
Constantior fuissem, vera existimans:
Nunc conde ferrum, & linguam pariter futilem,
Ut possis alios ignorantes fallere.
Ego, qui sum expertus quantis fugias viribus,
Scio quod virtuti non sit credendum tuæ.
Illi adsignari debet hæc narratio,
Qui re secunda fortis est, dubia fugax.

Quia Fabula hæc caret principio, visum est quinque hos versus, licet aliunde suppletos, præmittere.

8. REJECTA. Remora ad tergum, ne libertatem brachii, manusve impediret. Est enim gestus parantium se ad pugnam. Virg. Æn. lib. 5.

Duplicem ex humeris rejecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque
Exuit, atque ingens media consistit arena.

PENULA. Veste peculiari eorum, qui faciebant iter, ex corio, vel coacta lana, pluviis arcendis, cum

FABULA III.

CALVUS, ET MUSCA.

CALVI momordit Musca nudatum caput,
Quam opprimere captans, alapam sibi duxit gravem.
Tunc illa irridens: Punctum volucris parvulæ
Voluisti morte ulcisci: quid facies tibi,
Injuriæ qui addideris contumeliam?
Respondit: Mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuisse mentem lædendi scio;
Sed te, contempti generis animal improbum,
Quæ delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare vel majore incommodo.

Con chi l' ha presa. Almen cotale aita
Recato avestù, il prode a lui soggiugne:
Ugual creduto alle parole il core,
Più valor nella zuffa avrei dimostro.
Or le grandi parole, e il ferro ascondi;
E a miglior uopo per altrui le serba.
Io, che vidi qual forza a fuggir abbia,
So quanto in tuo valor fidar si debba.
Nella favola mia colui ravviso,
Che, dichiarata la vittoria, è forte;
Finchè pende dubbiosa, è fuggitivo.

pileo a tergo, forma cuculli.

9. Cedo. Da illum; q. d. Ubi est ille?

Curaro sentiat. Curabo ut sentiat qua virtute sint, quos aggressus est.

10. Qui depugnaverat. Qui ex pugna victor extiterat.

16. Scio quod. Hanc locutionem, ab aliis impugnatam, probat Faber, & cum eo Vossius, Scioppius, & ad Sanctii Minervam Jacobus Perizonius.

FAVOLA III.

Un Calvo e la Mosca.

Un Calvo, cui nel nudo capo punse
Una Mosca, sperando di schiacciarla,
Si diè grave ceffata. Essa il dileggia:
Se morte dar si vuol per lieve offesa,
Che fia teco, che danno, e beffe incontri?
Meco in grazia ritorno agevolmente,
Perchè di farmi oltraggio non m' avvidi;
Ma te malvagia bestia di vil razza,
Che 'n succhiar sangue uman rio piacer prendi,
Spegner vo', come che più danno io n' abbia.

Hoc argumento veniam tam dari decet
Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens;
Illum esse quamvis pœna dignum judico.

2. Captans. Quærens, studens, volens.

Alapam sibi duxit. Sibi inflixit magnum colaphum. *Alapa* Latine, Græce colaphus, pro quovis ictu sumitur, inflicto manu, sive capiti, sive genis, sive palma, sive pugno. Hic certe patet percussionem capitis intelligi debère, non os verberatum manus palma. Agitur enim de nudato capite calvi, quod musca momordit.

FABULA IV.

Homo, et Asinus.

Quidam immolasset verrem quum sancto Herculi,
Cui pro salute votum debebat sua,
Asello jussit reliquias poni hordei.
Quas aspernatus ille, sic locutus est:
Tuum libenter prorsus adpeterem cibum,
Nisi qui nutritus illo est, jugulatus foret.
Hujus respectu fabulæ deterritus
Periculosum semper vitavi lucrum.
Sed dices: Qui rapuere divitias, habent.
Numeremus agedum, qui deprensi perierunt;
Majorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas est bono, multis malo.

1. Verrem. Sacrificabatur aper Herculi, ob devictum ab ipso aprum Erymanthæum, quem vivum humeris sustulisse dicitur.

Sancto herculi. Ita recte legitur. *Sanctum* vocant Herculem Ovidius, Propertius, Cicero, & alii. Gruterus pagin. XLVIII. Inscript. 1. & 2.

SANCTISSIMO . HERCULI.
INVICTO.

Item Inscript. 11.

HERCULI . SANCTISS
INVICTO . SACR

& sic alibi.

Non egualmente ch' avvertita offesa,
Quella ch' il caso fè; punir si debbe:
Ma pur da pena non la sciolsi in tutto.

3. Volucris. Musca, licet insecti genus, recte volucris dicitur a volando.
6. Mecum facile. Mihi facile ignosco.
12. Qui casu peccat. Tam ei, qui casu peccat, quam alteri, qui consilio, idest, data opera, est nocens, ignoscere sapientem decet.
13. Illum esse quamvis. Quanquam illum, qui animo deliberato nocet, dignum esse pœna judico.

FAVOLA IV.

L'Uomo e l'Asino.

Guarito un Uom da grave morbo, ad Ercole,
Che l'avea salvo, un Porco in voto offerse;
E l'orzo, che restovvi, all' Asin porse.
E' sì 'l rigetta: Il don mi sora grato,
Se chi se ne cibò, vivesse ancora.
Ecco i rischiosi lucri perch' io fuggo.
Pur ricco è, dite, chi a quel d' altri agogna:
A color, che periro, attendi; salvi
Pochi vedrai, fur gli altri tratti a morte.
Dannosa a molti, utile audacia è a pochi.

2. Votum. Cui debebat id, quod voverat, si saluti redderetur.
3. Hordei. Quo saginaverat verrem illum.
7. Respectu. Intuitu, consideratione.
8. Lucrum. Congestas opes lucro, tanquam rem, quæ possessores suos in varia pericula inducat.
9. Habent. Divites sunt, bona possident. Sic ἔχειν apud Græcos pro *bona possidere*.

FABULA V.

SCURRA, ET RUSTICUS.

PRAVO favore labi mortales solent;
Et pro judicio dum stant erroris sui,
Ad pœnitendum rebus manifestis agi.
Facturus ludos quidam dives nobiles,
Propositio cunctos invitavit præmio,
Quam quisque posset, ut novitatem ostenderet.
Venere artifices laudis ad certamina;
Quos inter Scurra notus urbano sale,
Habere dixit se genus spectaculi,
Quod in theatro numquam prolatum foret.
Dispersus rumor civitatem concitat:
Paulo ante vacua turbam deficiunt loca.
In scena vero postquam solus constitit,
Sine apparatu, nullis adjutoribus,
Silentium ipsa fecit expectatio.
Ille in sinum repente demisit caput;
Et sic porcelli vocem est imitatus sua,
Verum ut subesse pallio contenderent,
Et excuti juberent: quo facto, simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus,
Hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri Rusticus: Non mehercule
Me vincet, inquit; & statim professus est,
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba major; jam favor mentes tenet,
Et derisuri, non spectaturi sedent.
Uterque prodit: Scurra digrunnit prior,
Movetque plausus, & clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis Rusticus

FAVOLA V.

IL GIULLARE E IL VILLANO.

Spesso i mortali tal furore ingombra,
Ch' al preso inganno appiglianſi tenaci,
Finchè chiaro argomento il fallo ſcopra.
Cura d' illuſtri giochi un ricco prende,
E perchè novità li renda accetti,
Di nuovo gioco offre mercè all' autore.
Di lode alla tenzon vengon gli artieri.
Fra queſti per li ſuoi urbani motti
Noto Giullar, tal ne promiſe, ch' unqua
Per l' addietro Teatro alcun non vide.
La fama tutta la Cittade aduna;
Faſſi il Teatro alla gran folla anguſto.
Quando ſenza apparato, e ſenza attori
Solo in ſcena compare. Si procaccia
La ſteſſa novità ſilenzio: il capo
Repente in ſen ſi pone, e fuor tramanda
Voce di Porco tal, che tutti induce
A penſare, ch' un vero in ſen n' aſconda.
Ch' apra il mantel ſi grida. Ei l' apre, e nulla
Vi ſi ſcopre: d' applauſi il ciel rimbomba.
Vide il gioco un Villan, e affè (ſoggiugne)
Coſtui non l' avrà vinta, e il dì vegnente,
Che molto meglio egli è per farlo, accerta.
Maggior faſſi il concorſo, prevenuto
E' il vulgo a favorir del primo il gioco;
Tal che al Villan per far ſcorno, s' aſſide.
Ecco entrambi: il Giullar primo grugniſce;
Suona all' intorno il plauſo, e un lieto viva.
Allor fingendo di coprir col manto

Porcellum obtegere, quod faciebat scilicet,
Sed in priore quia nil compererant, latens,
Pervellit aurem vero, quem celaverat,
Et cum dolore vocem naturæ exprimit.
Adclamat populus: Scurram multo similius
Imitatum; & cogit rusticum trudi foras.
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:
En hic declarat, quales sitis judices.

1. PRAVO FAVORE. Per pravum & cæcum favorem.

2. PRO JUDICIO. Pro errore judicii sui, id est, secundum Phædri consuetum loquendi modum, pro erroneo judicio suo. Talia exempla jam ante vidimus.

2. DUM STANT. Dum tuentur ac defendunt judicium suum. Sic apud Terentium est *stare pro aliquo*, pro *tueri partes alicujus*, defendere aliquem. *Stare* & *sedere* sunt verba forensia, hoc judicum, illud advocatorum. Sic sup. lib. 1. fab. 10.

Tunc judex inter illos sedit
Simius.

3. REBUS MANIFESTIS. Rationibus & argumentis invictis.

8. SCURRA. Ex eorum genere, qui risum movent auditoribus, nulla habita ratione verecundiæ & dignitatis.

12. DEFICIUNT LOCA. Desunt turbæ loca.

17. PORCELLI VOCEM EST IMITATUS. Lusit Ausonius in hominem animantium variorum voces exprimentem hoc epigrammate:

Latratus catulorum, hinnitu fingis equorum.
Caprigenumque pecus, lanigerosque greges
Balatu adsimulas. Asinos quoque rudere dicas,
Quum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus,

POETA.

ADHUC supersunt multa, quæ possim loqui,
Et copiosa abundat rerum varietas;
Sed temperatæ suaves sunt argutiæ:
Immodicæ offendunt. Quare, vir sanctissime
Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis,
Si non ingenium, certe brevitatem adproba,

Un porcelletto, che di fatti avea,
A lui strigne l'orecchia il Villan furbo,
E n' esprime dolenti, ed atre grida.
Che meglio dal Giullar s' imita il verso,
E che l' altro si scacci, ognuno esclama.
Apre il seno il Villano, e mostra il Porco,
E sì additando dell' error la prova:
Ecco, dice, quai giudici voi siete.

Gallorum cantus, & ovantes gutture corvos,
Et quicquid vocum belluæ talis habet.
Omnia quum simules, ita vere, ut ficta negentur,
Non potes humanæ vocis habere sonum.

19. ET EXCUTI. Pallium videlicet, aut sinum. Planiore sensu legit Heinsius: *Idque excuti juberent*.

25. MENTES TENET. Favor erga scurram ita occupatas habuit multitudinis mentes, ut adempta esset iis omnis libertas judicandi.

30. SCILICET. Confirmantis hic est particula.

31. SED IN PRIORE. Toti sunt in asserendo hoc versu Freinshemius & Schefferus. Malim cum Heinsio delere.

32. VERO. Vero porcello in vestibus latenti.

34. TRUDI FORAS. Ejici contumeliose. Sic Terentius Eun. 5. 11.
Nam me extrusit foras.

37. APERTO PIGNORE. Claro ac manifesto. *Pignus* notat argumentum certissimum.

38. HIC DECLARAT. Hic porcellus ostendit errorem vestri judicii.

IL POETA.

MOLTO *da dir mi rimarrebbe ancora:*
Tanto questa materia è ricca, e varia;
Ma sien grate, se parca man le doni,
Che se molte, ci offendono l' arguzie.
Per il che, mio compagno dabbenissimo,
Nome, che vita avrà, finchè alcun pregio
Alle latine lettere rimanga,
La brevità, se non l' ingegno, approva.

Quæ commendari tanto debet justius,
Quanto poëtæ sunt molesti validius.

3. TEMPERATÆ SUAVES SUNT ARGUTIÆ. Ter. Andr. I. *Id arbitror Adprime in vita esse utile, ut ne quid nimis.*
4. VIR SANCTISSIME. Integerrime.
5. NOMEN VICTURUM. Cujus nomen in scriptis meis vivet. *Vivere*

FABULA VI.

DUO CALVI.

INVENIT Calvus forte in trivio pectinem,
Accessit alter, æque defectus pilis:
Heia, inquit, in commune quodcunque est lucri.
Ostendit ille prædam, & adjecit simul.
Superûm voluntas favit, sed fato invido:
Carbonem, ut ajunt, pro thesauro invenimus.
Quem spes delusit, huic querela convenit.

3. IN COMMUNE. Formula solennis, qua utebantur, qui quid alium invenisse viderant in publico. Integra locutio est, *Confer in commune.*

FABULA VII.

PRINCEPS TIBICEN.

UBI vanus animus, aura captus frivola,
Arripuit insolentem sibi fiduciam,
Facile ad derisum stulta levitas ducitur.
Princeps tibicen notior paulo fuit,
Operam Bathyllo solitus in scena dare.

Tanto di lode è degna, quanto noja
Hanno i Poeti di recar costume.

est hic immortali gloria & memoria vigere. Et ita usurpatur passim apud Scriptores.

7. Certe. *Certe* hic est minimum, saltem. Sic supra l. 2. fab. 5. *Donationis, alapa certe, gaudio.*

FAVOLA VI.

Due Calvi.

Trovossi a caso un pettine in istrada
Da un Calvo: ed ecco un altro Calvo accorre;
E ciò, che hai trovo, dipartiam, gli dice.
Esso il pettin dimostra, e tal favella:
Favorir volea il Ciel, ma nol consente
Invido fato; del tesoro in vece,
Carbon (come suol dirsi) ci si offerse.
Cui speranza deluse, adatto è il motto.

Sed *confer* brevitatis causa omittitur.

5. Superum voluntas favit. Hoc quoque solenne erat. Dicebant talia a Diis dari.

FAVOLA VII.

Principe trombettiere.

Chi per lieve aura di se stesso prende
Opinion, ch' oltre il dover lo innalza,
Agevol fia, che besse, e scherno incontri. (me
Fu in qualche pregio un Trombettier, di no-
Principe, del cui suono sul Teatro,

Is forte ludis, non ſatis memini quibus,
Dum pegma rapitur, concidit caſu gravi
Nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam,
Duas quum dextras maluiſſet perdere.
Inter manus ſublatus, & multum gemens,
Domum refertur. Aliquot menſes tranſeunt:
Ad ſanitatem dum venit curatio,
Ut ſpectatorum mos eſt, & lepidum genus,
Deſiderari cœpit, cujus flatibus
Solebat excitari ſaltantis vigor.
Erat facturus ludos quidam nobiles,
Et incipiebat Princeps ingredier. Eum
Adducit pretio, precibus, ut tantummodo
Ipſo ludorum oſtenderet ſeſe die.
Qui ſimul advenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,
Quidam in conſpectum proditurum ſine mora.
Aulæo miſſo, devolutis tonitrubus,
Dii ſunt locuti more translatitio.
Chorus reducto tunc, & notum canticum
Impoſuit, cujus hæc fuit ſententia:
LÆTARE INCOLUMIS ROMA SALVO PRINCIPE.
In plauſus conſurrectum eſt; jactat baſia
Tibicen, gratulari fautores putat.
Equeſter ordo ſtultum errorem intelligit;
Magnoque riſu canticum repeti jubet.
Iteratur illud; homo meus ſe in pulpito
Totum proſternit; plaudit inludens eques:
Rogare populus hunc coronam exiſtimat.
Ut vero cuneis notuit res omnibus,
Princeps ligato crure nivea faſcia,

Fre-

Frequente usar Batillo avea costume.
Mentre il palco s' aggira (nè in quai giochi
Ciò avvenne, mi sovvien) la manca coscia,
Tal ei cadde, si ruppe immantinente,
E pria due destri flauti infranti arebbe.
Fra le dolenti sue grida, e querele
Lo riportano a casa; indi a non molti
Mesi, a guarir mentre incomincia, il vulgo
Di spettator, qual folle lor desio
E capricciofo il vuol, lo attende al ballo,
Che senza il suon di lui, troppo languia.
Tal, ch' ampli giochi celebrar volea,
Sa, che Principe è presso a risanarsi,
Va, prega, ed offre, perchè almen la scena
Renda col solo comparir più lieta.
Viene l' atteso giorno: ecco il Teatro
Fremer per lui: morto talun l' accerta:
Ch' a momenti s' attende altri assicura.
Tolto il sipario, terminati i tuoni,
Qual peregrin costume il vuol, parlato
Avean gl' Iddii, allor che il noto canto
Al Trombetta s' impone, ed era questo:
T' allegra, o Roma: hai salvo il Prence: *Voce*
Risuona, che 'l Teatro empie di gioja.
Ad onor se lo reca il buon Trombetta,
Ed a gli spettator fa baciamani.
L' ordin Equestre il folle error conosce,
E ridendo comanda, che s' intuoni
Di nuovo il canto: al suolo il buon Trombetta
Si profonde col volto: a lui fan plauso
Con piacevole festa i Cavalieri.
Che chiegga la corona il vulgo stima;
Ma poichè sua sciocchezza ognun comprese,
Candida benda invan la coscia avvolge,

Niveiſque tunicis, niveis etiam calceis,
Superbiens honore divinæ Domus,
Ab univerſis capite eſt protruſus foras.

1. AURA. Vulgi gratia & favore. Horat. od. 2. lib. 3.

Arbitrio popularis auræ.

4. PRINCEPS. Nomen proprium.

5. OPERAM BATHYLLO SOLITUS. Inflare tibias ſolitus, ad quas Bathyllus mimus ſaltaret. Vixit hic Bathyllus tempore Augusti.

7. PEGMA. Machina fuit artificioſa, pro diverſitate argumenti adornata, in qua vel in ſublime attollere, vel e ſublimi in præceps dare, ac velut dehiſcente terra abſumere ſolebant ſive homines, ſive res, quas eſſet libitum.

RAPITUR. Indicat hæc vox celeritatem, qua dehiſcebat, aut ſurgebat motum ponderibus latitantibus. Claudianus:

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis.

9. DUAS QUUM DEXTRAS. Fregit tibiam, ſive crus ſiniſtrum, ſed maluiſſet duas dextras tibias (quas ſcil. in comœdiis adhibebat) frangere, quam unicam illam ſiniſtram. Luſus elegans eſt in voce *tibiæ*.

13. LEPIDUM GENUS. Ut ſpectatorum genus ſolet eſſe lepidum, & a tibicine ſe vult exhilarari.

23. AULÆO MISSO. Cum dimitteretur aulæum, poſt quod ſtabant actores. Heinſius:

Aulæo miſſo, devolutis tonitrubus,
Diis collocutis more tranſlatitio.
Chorus reducto &c.

DEVOLUTIS TONITRUBUS. Fiebant hæc ſaxis dejectis poſt ſcenam, magno cum fragore.

24. MORE TRANSLATITIO. Quo transferebantur in ſcenam, ornati magnifice, cum intervenire difficilioribus negotiis deberent, machinæ alicujus ſubſidio. Quanquam per *tranſlatitium* intelligi poteſt pridem uſurpatum, conſuetum, & vulgare.

25. REDUCTO. Tibicini nempe una cum ceteris, ex quibus chorus conſtabat. Poſitum eſt pro *introducto*, *denuo ducto in theatrum*, quia promiſerat ſe oſtenſurum ſe.

27. LÆTARE INCOLUMIS ROMA. Reſpicit morem acclamandi Principibus. Ita Romæ, acceptis de recuperata Germanici valetudine nunciis, exclamatum: SALVA ROMA, SALVA PATRIA, SALVUS EST

FABULA VIII.

OCCASIO DEPICTA.

CURSU volucri pendens in novacula,
Calvus, comoſa fronte, nudo corpore,
Quem ſi occuparis, teneas; elapſum ſemel
Non ipſe poſſit Jupiter reprehendere;

Ivan bianca ha la veſte, e bianco il piede;
Che preſolo pe' crin, lo caccian fuori;
Nè a lui giovaro le onorate inſegne,
Di cui ne va l' Auguſla caſa altera.

GERMANICUS. Et ſimiliter de Alexandro Severo: SALVA ROMA, QUIA SALVUS ALEXANDER.

28. IN PLAUSUS CONSURRECTUM EST. Simul ab omnibus ſurrectum eſt, ut plauſus ederent. Stantes enim fere edebant, præſertim ſi hoc Principis cauſa facerent. Suetonius Auguſto: *Aſſurrectum ei ab univerſis, & a ſtantibus plauſum.* Auctor Dialogi de claris Oratoribus: *Testis ipſe populus, qui auditis ejus* (Virgilii) *verſibus ſurrexit univerſus.* Apul. Apol. *Ibi ego comperior, omnes judices tanto poëtæ adſurrexiſſe*, id eſt in plauſum. Arnobius lib. 4. *Conclamant, & adſurgunt theatra.* Græci vocant ἀναπηδᾷν & ἐπανίςασθαι.

JACTAT BASIA. Ori admota manu, ſpargit in vulgus, gratiarum agendarum cauſa. Sic enim ſolebant, quoties declarare animum gratum, aut quoquo modo deditum aliis vellent. Fiebat autem manu primum admota ori, deinde porrecta ad eos, quorum amori vel honori hoc dabatur, & ſic oſculum ipſum porrigebatur velut ac jactabatur.

30. EQUESTER ORDO. Equites in theatro ſedentes.

32. HOMO MEUS. Tibicen princeps, de quo loquor. Additur illud *meus*, velut per commiſerationem tantæ ſtultitiæ.

IN PULPITO. Ubi canere, fabulamque agere ſolebant perſonæ.

34. ROGARE POPULUS. Populus putat eum rogare, ut coronetur tanquam victor.

35. CUNEIS. Sedilibus in theatro, ubi ſedebat populus.

36. NIVEA FASCIA. Alba, candida; qui color olim relatus eſt inter regales.

38. HONORE DIVINÆ DOMUS. Honore, quo non ipſe, ſed divina domus afficiebatur, id eſt, Auguſta, Cæſarea, Imperatoria, Principalis.

39. CAPITE EST PROTRUSUS FORAS. Cum contumelia præceps eſt datus. Sic fere fab. 4. 35. Ter. Eun. 4. 5. 11.

Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.

FAVOLA VIII.

L' OCCASIONE DIPINTA.

LIEVE il corſo, la man di ferro armata,
Chioma alla fronte, e capo, e corpo ingnudo,
Che ſe una volta preſo, avvien che sfugga,
Nè pur ſe Giove il ſegua, afferrar puote;

Occasionem rerum significat brevem.
Effectus impediret ne segnis mora,
Finxere Antiqui talem effigiem Temporis.

1. PENDENS. Tam celer, ut terram non attingat. Sic enim de volantibus Ovid. de Perseo lib. 4. Met.
Cumque super Lybicas victor penderet arenas.
Et sic alii.

IN NOVACULA. Vide præter alia, quæ passim occurrunt, Andreæ Alciati Embl. XVI. lib. 1. *In novacula* autem valet hic *cum novacula*, vel *novaculam manu tenens* Virg 5. Æn.
Horridus in jaculis:
hoc est, jaculis instructus. Idem lib. 11.
Rapidum super amnem
Infelix fugit in jaculo stridente Camilla.

Florus lib. 1. *Juventus in equis & armis*, h. e. armata & equis insidens. Auson. Epigr. CXXXI.
Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in ense Cunctantem.
h. e. quod pinxerit cunctantem, cum manu jam teneret gladium ad interficiendos liberos. Manil. lib. 2. v. 241.
Et qui contento fulget Centaurus in arcu.
Danetus exponit male, *tanta velocitate, ut possit incedere in novacula.*

2. CALVUS. Muliebri specie quoque ita pingitur:

FABULA IX.

TAURUS, ET VITULUS.

ANGUSTO in aditu Taurus luctans cornibus
Quum vix intrare posset ad præsepia,
Monstrabat Vitulus quo se pacto plecteret:
Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

3. PLECTERET. Alii *flecteret*. Eodem recidit. Docet Schefferus in libris de re vehiculari, 1. 4.

5. QUI DOCTIOREM EMENDAT. Sus scilicet Minervam docens, ut in alio est proverbio.

La breve ſimboleggia, e fuggitiva,
Occaſion delle mondane coſe.
Perchè dunque del buon voler l'effetto
Pigrizia non ne rubi, i noſtri Padri
Cotal del Tempo immagine ci diero.

Fronte capillata, poſt eſt Occa-
ſio calva.

3. QUEM SI OCCUPARIS. Quem ſi prævenias inopinatum quaſi, ac non ſentientem.

TENEAS. Ne patiaris a te abire, quia ſemel elapſus non redit.

4. REPREHENDERE. Retrahere e fuga. Livius: *Adeo turbati erant dextræ alæ equites peditesque, ut quoſdam Conſul Cato manu ipſe reprenderit, verteritque in hoſtem.* Lucret. lib. 6. v. 507.

Quod niſi reſpirent venti, non
ulla refrenet
Res, neque ab exitio poſſit re-
prebendere euntes.

Propertius:

Quam poſſit quiſquam noſtros
reprendere curſus.

6. EFFECTUS IMPEDIRET. Ne per nimiam cunctationem effectu rerum deſtituamur. Optime legit Nob. Heinſius:

Effectus impediatur ne ſegni
mora.

7. TEMPORIS. Non ſimpliciter, ſed ejus, quod ante dixit, *occaſionem*, h. e. opportunitatem.

FAVOLA IX.

IL TORO E IL VITELLO.

TORNAR per foro anguſto al ſuo preſepe
Poteva appena, e ſol cozzando un Toro.
Un Vitel, che s'inchini lo conſiglia:
Taci, ei riſponde, anzi che tu naſceſſi,
Io già il ſapeva. Il motto a quegli è adatto,
Cha un più ſaggio di ſe corregga, e ammendi.

FABULA X.

VENATOR, ET CANIS.

ADVERSUS omnes fortis veloces feras
Canis quum domino semper fecisset satis,
Languere cœpit annis ingravantibus.
Aliquando objectus hispidi pugnæ suis,
Adripuit aurem: sed cariosis dentibus
Prædam dimisit. Hic tum Venator dolens,
Canem objurgabat. Cui latrans contra senex:
Non te destituit animus, sed vires meæ.
Quod fuimus laudas, jam damnas quod non sumus.
Hoc cur, Philete, scripserim, pulcre vides.

1. FORTIS VELOCES. Malim certe cum Heinsio:
Adversus omnes fortis & velox feras.
Vide eum ad hunc locum.

4. ALIQUANDO OBJECTUS. Commissus quodam tempore cum sue in pugnam.

5. CARIOSIS DENTIBUS. Invalidis jam, & carie adesis.

8. NON TE DESTITUIT ANIMUS. Animus meus non destituit te, non

EXPLICIT LIB. V.

FAVOLA X.

Il Cacciatore e il Cane.

Un Can, cui non poteo veruna fiera
Star a fronte, al Padron mai sempre accetto,
Coll' etade il primier valor perdette.
Un giorno dietro ad un Cignal lasciato,
Tosto l' azzanna, ma da' rosi denti
Fugge sciolta la fiera, e si rinselva.
Irato il Cacciator lo sgrida. Il vecchio
Sì latrando soggiugne: ti deluse
Non l'animo, il valor; ciò, che già fui,
Commendi, e quel, ch' or più non son, condanni.
Perchè io ciò scriva, ben, Fileto, il vedi.

fallit, non facere negligit, aut curat quod imperas.
10. Hoc cur, Philete, scripseRIM. Vult se excusare Phileto, quod non ea scribat alacritate senex, qua scripsit olim, cum adhuc ætate viribusque esset integris.

Termina il Lib. V.

APPENDIX
FABULARUM
A MARQUARDO GUDIO
E MANUSCRIPTO VETERI DESCRIPTA.



FABULA I.

MILVUS ÆGROTANS.

MULTOS quum menses ægrotasset Milvus;
Nec jam videret esse vitæ spem suæ,
Matrem rogabat, sancta circumiret loca,
Et pro salute vota faceret maxima.
Faciam, inquit, fili; sed opem ne non impetrem,
Vehementer vereor; tu, qui delubra omnia
Vastando, cuncta polluisti altaria,
Sacrificiis nullis parcens, nunc quid vis rogem?

1. MULTOS QUUM MENSES. Non absimilis extat fabula apud Æsopum de Corvo ægrotante.

3. SANCTA CIRCUMIRET LOCA. Ut circumiret templa, aras &c. Sic in periculis constituti solebant etiam privatorum domos circumire.

5. NE NON IMPETREM. Vereor me non impetraturam quod peto.

6. TU QUI DELUBRA. Editum fuit



APPENDICE DELLE FAVOLE DI FEDRO

DA UN ANTICO MANOSCRITTO

DA MARQUARDO GUDIO

TRASCRITTA.



FAVOLA I.

Il Nibbio malato

Da molti mesi infermo; oltra speranza
Omai veggendo la sua vita un Nibbio,
Prega la madre, ch' a camparlo imprenda
Lunghi pellegrinaggi, ed offra voti.
Ella dice: il farò, ma temo, in vano.
Tu profanati i sacri luoghi, e tolte
Le Vittime a gli Altari; or con che fronte
Per trarti di periglio pregar deggio?

Sed qui delubra &c. Non assequor quid sibi velit illud *sed* hic denuo repetitum. Conjicio scripsisse Phædrum cum emphasi: *Tu qui delubra* &c. q. d. Quomodo audes tu, qui tot flagitiis Deos offendisti, me rogare, ut pro te apud eos intercedam?

7. Sacrificiis. Vox hoc loco quadrisyllaba.



FABULA II.

Lepores vitæ pertæsi.

Qui ſuſtinere non poteſt ſuum malum,
Alios inſpiciat, & diſcat tollerantiam.
Aliquando in ſilvis ſtrepitu magno conciti
Lepores clamant, ſe propter aſſiduos metus
Finire velle vitam. Sic quendam ad lacum
Venerunt, miſeri quo ſe præcipites darent.
Adventu quorum poſtquam ranæ territæ
Virides in algas miſere fugientes ruunt:
Heu, inquit unus, ſunt & alii, quos timor
Vexat malorum. Ferte vitam, ut ceteri.

3. Aliquando. *Aliquando* hic valet *quodam tempore*. Vide de vi & uſu hujus voculæ Horat. Turſell. de partic.

FABULA III.

Vulpis, et Jupiter.

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in ſpeciem quum vertiſſet Jupiter
Vulpem, regali pellex ut ſedit throno,
Scarabeum vidit prorepentem ex angulo;
Notamque ad prædam celeri proſiluit gradu.
Superi riſere, magnus erubuit Pater,
Repudiatam turpemque pellicem expulit,
His proſequutus: Vive quo digna es modo,
Quæ noſtris uti meritis digne non potes.

FAVOLA II.

LE LEPRI ATTEDIATESI DI VIVERE.

Chi non ſa ſofferir le ſue ſciagure,
L' altrui timiri, e tolleranza apprenda.
Da gran fracaſſo al boſco ſpaventate
Le Lepri un giorno, orsù (diſſer) ſia meglio,
Che tronchi morte alfin giorni sì gravi.
Mentre van dunque ad annegarſi a un lago;
Spaventate al lor giugnere le rane,
Si naſcondon fra l' alghe alla rinfuſa.
Un Lepre allor: altri in eguale affanno
Vivono pur: con lor del par vivete.

8. VIRIDES IN ALGAS. Ulvas. *vam* ſtagnorum. Nam *algam* volunt eſſe maris, *ul-*

FAVOLA III.

LA VOLPE E GIOVE.

Non ha fortuna sì leggiadro manto
Ch' una malvagia ria natura aſconda.
Di volto uman reſa una Volpe adorna,
Nel toro accolta ricevè da Giove
Trono regal. S' aſſide, e un bacherozzo
Da un angolo ſpuntar vede, e repente
Si lancia, e il piglia. Riſero gli Dei,
N' arroſsì Giove, che dal regio trono,
E dal ciel con tai motti la sbandio:
Vivi qual merti, s' al ſovrano onore
Apprender non ſapeſti ugual coſtume.

3. Regali. Cum Jupiter eam collocasset in folio suo regali. *Rex* autem a poëtis Græcis & Latinis vocatur Jupiter, ut Juno *regina*. Virg. Æn. lib. 10. 621. de Jove:

Rex ætherei breviter sic fatur Olympi.

Et lib. 1. Juno ipsa de se:

Ast ego, quæ Divûm incedo regina.

FABULA IV.

Leo, et Mus.

Ne quis minores lædat, fabula hæc monet.
Leone in silva dormiente, rustici
Luxuriabant mures: & unus ex iis:
Super cubantem casu quodam transiit.
Expergefactus miserum Leo celeri impetu
Arripuit; ille veniam sibi dari rogat,
Crimen fatetur, peccatum imprudentiæ.
Hoc Rex ulcisci gloriosum non putans,
Ignovit, & dimisit. Post paucos dies
Leo dum vagatur noctu, in foveam decidit.
Captum ut se agnovit laqueis, voce maxima
Rugire cœpit; cujus immanem ad sonum
Mus subito accurrens: non est quod timeas, ait,
Beneficio magno gratiam reddam parem.
Mox omnes artus, artuum & ligamina
Lustrare cœpit, cognitosque dentibus
Nervos rodendo laxat ingenia artuum.
Sic captum mus leonem silvis reddidit.

3. Luxuriabant mures: et unus ex iis. Ita ex conjectura hunc versum restituimus; cum antea editum esset.

Luxuriantes mures, unus ex iis &c.

9. Dimisit. Dimisit murem incolumem.

In foveam. Factam ad capiendas feras. Vide lib. 3 fab. 2.

15. Artus. Nodos & juncturas. Sic articuli sunt noduli, parvulæ juncturæ. Sic apud Plinium *articuli segetum*, pro nodis. Eleganter autem Phædrus nervis conjunxit artus.

PELLEX. Nam in humanam speciem versa, & jam regina facta, & sic Jovi dilecta, pellex erat Junonis. De pellicibus, quas Jupiter adamavit, ubique Ovid. in Met.

9. MERITIS. Beneficiis, quibus te prosequimur.

DIGNE. Uti decebat ad id dignitatis fastigium evectam.

FAVOLA IV.

IL LEONE, E IL SORCIO.

A non offendere i minori insegna
La favola. Dormendo nella selva
Un Leon, mentre a lui giocan d' intorno
I villerecci sorci, un d' essi a caso
Sopra gli passa, e lo risveglia: pronto
Il Leone lo arresta: ei d' imprudenza
Reo si confessa, ed il perdon ne chiede.
Vede il Leon da regio onor lontana
Cotal vendetta, e mite a lui perdona.
Indi a poco di notte, mentre preda
Cerca all' intorno, nella fossa inciampa.
Tosto che preso si conosce, al cielo
Alza i ruggiti, al cui rimbombo orrendo
Accorso il Sorcio, ogni timor deponi,
Gli dice: il mio sta col tuo dono a fronte.
Immantinente tutti, e lacci, e nodi
Ricerca, e rode, e il Leon rende al bosco.

Quemadmodum enim in humani corporis fabrica incisis nervis laxantur artus: ita in laqueis e nervo ferino contextis, artus sive nodi, quibus feræ mirifico quodam artificio constringuntur, laxantur, si nervos seces.

17. LAXAT INGENIA ARTUUM. Artificiosum & ingeniosum apparatum nodorum concurrentium, quibus statim implicabatur fera, atque in latentes illos laqueos incidebat. Sic Plinius dixit in Epist. *Ingenium cœnæ*, pro artificioso convivii apparatu.

FABULA V.

HOMO, ET ARBORES.

PEREUNT, ſuis auxilium qui dant hoſtibus.
Facta bibenni quidam ab arboribus petit,
Manubrium ut darent e ligno, quod foret
Firmum: juſſerunt omnes oleaſtrum dari.
Accepit munus, aptans & manubrium
Cœpit ſecuri magna excidere robora.
Dumque eligebat quæ vellet, ſic Fraxino
Dixiſſe fertur Quercus: Merito cædimur.

2. BIPENNI. Securi, ſic dicta, quia ab utraque parte habet aciem.

3. E LIGNO. Sic Plautus dixit, *e ferro fabricatum eſt*. Virg. *Lorica ex ære*.

4. FIRMUM. *Firmum* proprie dicitur de ligno duriſſimo, ad imitationem Virg. lib. 2. *Æn.*

EXPLICIT FELICITER.



FAVOLA V.

L'Uomo e gli Alberi.

Chi al nimico sovvien, sciagura incontra.
Aveva un Uom fatta un' accetta, e il manico,
Per sorte averlo, agli alberi richiese.
Essi concordi eleggon l' Olivastro.
S' accetta il dono, e fattane la scure,
I Roveri più annosi ei sceglie, e atterra.
Al Frassino la Quercia in cotai motti
E' fama, che parlò: Giusto è lo scempio.

Firma cavavit Robora. idest dura, quæ Plinius vocat inflexibilia.

6. Robora. Durissimas quercus, ceterasque arbores.

TERMINA FELICEMENTE.



FL. AVIANI

FABULÆ XLII.

PRÆFATIO

AD AVIANI FABULAS.

Rufus Sextus Avianus vitam agebat fere Theodosii, ac Gratiani temporibus. At si omnia uni auctori opera tribui debent, quæ hujusmodi nomine inscribuntur, haud facile est dijudicare. D. Hieronymus mentionem facit versionis ab Aviano, inquit ipse, novissime peractæ Arati Phænomenorum. Perhibetur immani labore, & sane supervacaneo ab eodem carmine jambico Titi Livii historiam translatam fuisse. Nos ipsius fabulas exhibemus, quæ nisi Phædri nitorem ac venustatem assequuntur, æstimatione, ac lectione quidem dignæ sunt, multo magis quod ætate barbara ac rudi in lucem prodierunt.

Hispani autumant se jus habere Avianum suos inter Scriptores recensendi. Nicolaus Antonius nonnullis aliis modestior, qui audacter id asseruerunt, tantummodo inquit, hanc rationi probabili inniti opinionem (*). Omnia vero rationum momenta, quibus utitur, ex eo constant, quod Hispanos commendat, magnanimos eos vocitans, quodve accurate describit loca Gadibus adjacentia, quæ se vidisse affirmat, quodve demum Punicos citat libros. Quæ rationes si sufficiant, ut illum Hispanum credamus, per me quisque ipsemet decer-

(*) Bibl. Hisp. Vet. lib. III. cap. IX.

nat. Arbitror nos validius argumentum ferre posse, ut Italum credamus. Inscriptiones editæ a Sponio, Fabretto, Fabricio, & Grutero palam Italum ipsum faciunt. Sed quamvis certum non esset Italiam illi patriam fuisse, diuturnum, quod habuit, domicilium satis juris suppeditat, ut nostris adscribatur.

Plurimi Auctores nostrum Poëtam præclare meminerunt, quem & Avianum appellant. Hos inter emicant Vossius (*), Olaus Borrichius (**), Gaspar Barthius (***).

(*) Vos. Hist. Lat. lib. 2. cap. 9.
(**) Borr. Dis. de Poëtis Lat. pag. 70.
(***) Barth. Adversariorum lib. 46. cap. 16.



PREFAZIONE

ALLE FAVOLE DI AVIENO

Rufo Sesto Avieno viveva circa il tempo di Teodosio, e Graziano. Ma se tutte ad un solo autore si debbano attribuire le opere, che vanno sotto un tal nome, non è facile deffinire. S. Girolamo fa menzione della traduzione in versi latini da Avieno fatta, dice egli, di fresco de' Fenomeni di Arato. E' fama che il medesimo con fatica immane, e per verità inutile abbia trasportato in versi Giambi la storia di Tito Livio. Noi quì offriamo le di lui favole, le quali se non hanno il nitore, e la leggiadria di Fedro, sono certamente degne di stima, e di venir lette; molto più perchè composte in un secolo di barbarie, e di rozzezza.

Gli Spagnuoli pensano di aver diritto ad annoverare Avieno tra' loro Scrittori. Niccolò Antonio più modesto di alcuni altri, che l'hanno francamente affermato, dice solo, che questa opinione è assai probabile (*). Tutte però le ragioni, ch' egli ne arreca, si riducono al lodar, ch' egli fa gli Spagnuoli, chiamandoli magnanimi, e alla minuta descrizione, che fa de' luoghi intorno a Cadice, cui egli dice di aver veduto, e al citare ch' egli fa talvolta i libri Cartaginesi. Le quali

(*) Bibl. Isp. ant. lib. III. cap. IX.

ragioni se bastino a crederlo Spagnuolo, lascio che ognuno il decida per se medesimo. Io penso, che assai più forte ragione possiam noi arrecare a crederlo Italiano. Le iscrizioni pubblicate dallo Spon, Fabretti, Fabricio, e dal Grutero chiaramente il dicono Italiano. Ma ancorchè non fosse certo, ch' egli avesse l' Italia per patria, il lungo soggiorno, ch' egli vi fece, ci dà sufficiente ragione ad annoverarlo tra nostri.

Molti Autori fanno chiara menzione del nostro Poeta, il quale chiamano Aviano. Tra questi si distinguono Vossio (*), Olao Borrichio (**), Gaspare Barthio (***).

(*) Voss. nella Stor. Lat. lib. 2. cap. 9.
(**) Borr. Dis. sopra i Poeti Lat. pag. 70.
(***) Bart. Delle Contr. lib. 46 cap. 16.



AVIANUS THEODOSIO

S. D.

DUBITANTI mihi, Theodosi optime, cuinam litterarum titulo nostri nominis memoriam manderemus, fabularum textus occurrit, quod in his urbane concepta falsitas deceat, & non incumbat necessitas veritatis. Nam quis tecum de oratione, quis de poëmate loqueretur, cum in utroque litterarum genere & Atticos Græca eruditione superes, & Latinitate Romanos? Hujus ergo materiæ ducem nobis Æsopum noveris: qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus est, ut legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas & Socrates divinis operibus indidit, & poëmati suo Flaccus aptavit; quod in se sub jocorum communium specie, vitæ argumenta contineant: quas Græcis jambis Babrias repetens in duo volumina coarctavit; Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit. De his ergo usque ad quadraginta & duas in unum redactas fabulas dedi; quas rudi Latinitate compositas elegis sum explicare conatus. Habes ergo opus, quo animum oblectes, ingenium exerceas, solicitudinem leves, totumque vivendi ordinem cautus agnoscas. Loqui vero arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres, animalia ridere fecimus; ut pro singulorum necessitatibus vel ab ipsis inanimis sententia proferatur. Vale.

AVIANUS. Ex antiquis codicibus & MSS. non *Avienus* ut vulgo. Qua de re V. Cannegieteri Dissertationem c. 7.

THEODOSIO. Privato homini, amico suo, ut apparet ex modo scribendi, non Imperatori, ut quidam putarunt. V. eundem Cannegieterum ib. c. 4. & seq.

LEGENDA FIRMARET. Auctoritate Apollinis fabulas confirmaret, & ad legendum homines alliceret.

SOCRATES. Quia Socrates solebat disputare a simili.

AVIANO A TEODOSIO.

Essend' io dubbioso, ottimo mio Teodosio, a qual oggetto di Letteratura raccomandar dovessi la memoria del mio nome, mi si appresentò la tessitura delle favole, perchè in queste la falsità gentilmente ideata ha decoro, e non v' è dovere di verità. Imperocchè chi terrebbe teco ragionamento sull' Orazione, chi sulla Poesia, essendo tu in ambi i generi versato, e superando gli Attici nella erudizion Greca, e nella Letteratura i Romani? Saprai bene come ho preso Esopo per guida in somigliante argomento, il quale avvisato dall' Oracolo di Apolline Delfico intraprese i ridicoli suoi racconti, affinchè avvalorasse la lezione. Lo stesso Socrate propose nelle divine opere queste favole per esemplare, e Flacco le adattò alla sua poesia, siccome sotto il velo di volgari scherzi contengono in se la norma della vita; le quali Babria riandando co' Greci Jambi ristrinse in due volumi. Fedro pure ne ridusse una parte in cinque libri. Adunque di queste sino a quarantadue favole ristrette in un solo volume io diedi alla luce, le quali composte con rozza Latinità adoprato mi sono di spiegare con delle Elegie. Possiedi pertanto un' Opera, onde dilettar l' animo, esercitare l' ingegno, alleggerire i nojosi pensieri, e comprendere da saggio il metodo della vita. Abbiam fatto parlar le piante, le fiere gemere cogli uomini, azzuffarsi con parole gli augelli, ridere gli animali, affinchè secondo i particolari bisogni si proferisca l' opinion sentenziosa eziandio dagli stessi enti inanimati.

Flaccus. Horatius, qui in Sermonibus & Epistolis ut solet fabulis.

Poemati. Hoc est carminibus suis. *Sumitur* tum *poëma*, tum *poësis* interdum pro toto opere poëtico; quamvis constet ex partibus longe diversis.

FAVOLE

DI

AVIENO.

AVIANI
FABULARUM



FABULA I.

Rustica et Lupus.

Rustica deflenti parvo juraverat olim,
  Ni taceat, rabido quod foret esca lupo.
Credulus hanc vocem lupus audiit, & manet ipsas
  Pervigil ante fores, irrita vota gerens.
Nam lassata puer nimiæ dat membra quieti,
  Spem quoque raptori sustulit inde fames.
Hunc ubi sylvarum repetentem lustra suarum
  Jejunum conjux sensit adesse lupa,
Cur, inquit, nullam referrs de more rapinam:
  Languida consumtis sed trahis ora genis?
Ne mireris, ait, deceptum fraude maligna
  Vix miserum vacua delituisse fuga.
Nam quæ præda, rogo, quæ spes contingere posset,
  Jurgia nutricis cum mihi verba darent?
Hæc sibi dicta putet, seque hac sciat arte notari
  Fœmineam quisquis credidit esse fidem.

2. Quod foret. Duriuscula constructio, quamvis excusetur a Grammaticis.

5. Nimiæ. Idest multæ, permultæ. Ego malim *simul ac* pro *nimiæ*.

15. Hæc sibi dicta &c. Distichon hoc nec Avieni est, nec facit ad rem. Nec enim per hanc fabulam fides fœminæ reprehenditur, sed stolida lupi credulitas. Laudanda fœmina quæ puerum verbo potius terruit, quam facto læsit; con-

DELLE FAVOLE DI AVIENO



FAVOLA I.

LA VILLANA, E IL LUPO.

Al piangente fanciullo una Villana
Un dì giurò, se non tacea, che pasto
Egli sarebbe di rabbioso lupo.
Udì un lupo baggeo tai detti, e sta
Mattutin sulla soglia in cor recando
Il van desio, poichè il fanciullo assonna
Le affaticate membra. Indi la fame
Tolse ogni speme al rapitore; e quando
Nel ritornar alle silvestri tane
La sua lupa mogliera ancor digiuno
Sel vide avanti: a che, disse, non rechi,
Come solevi, alcuna preda, e vieni
Con scarme guance, e dilombato aspetto?
Non fia, disse, stupor, che un infelice
Tratto in maligno error s' appiatti appena
Con vana fuga. E qual mai preda, e quale
Potea speme toccarmi, allor che solo
Detti mi die' della nutrice il chiasso?
A se ciò detto pensi, e quì si specchi
Chi crede fe' si annidi in cor di donna.

tra reprehendendus lupus, qui minis ad terrorem iactatis temere credidit. Adde, minus Latine dici, *esse fidem foemineam*, pro esse fidem foeminis.

FABULA II.

Aquila, et Testudo.

Pennatis avibus quondam Teſtudo locuta eſt
Si quis eam volucrem contuliſſet humi,
Protinus e rubris conchas proferret arenis,
Quis pretium nitido cortice bacca daret,
Indignans ſibimet, tardo quod ſedula greſſu,
Nil ageret toto perficeretque die.
Aſt ubi promiſſis Aquilam fallacibus implet,
Experta eſt ſimilem perfida lingua fidem.
Et male mercatis dum quærit ſidera pennis,
Occidit infelix alitis ungue fero,
Tum quoque ſublimis, cum jam moreretur, in auras
Ingemuit, votis hæc licuiſſe ſuis.
Nam dedit exoſæ poſt hæc documenta quietis,
Non ſine ſupremo magna labore peti.
Sic quicumque nova ſublatus laude tumeſcit,
Dat merito pœnas, dum meliora cupit.

2. Contulisset humi. id. ſi quis eam, humi cum eſſet, contuliſſet volucrem, alis ſuis ſuſtuliſſet in auras. Cannegieter ex conjectura leg. *corripuiſſet humo.*

7. Fallacibus. Promiſſis non ſolutis, fefellit aquilam, cujus alis in altum ſublata fuerat: at aquila fœdrifagam diſcerpſit.



FAVOLA II.

L'AQUILA E LA TARTARUGA.

Agli aligeri augelli un giorno disse
La Tartaruga, che se alcun dal suolo
Lei sollevasse a volo, ella ben tosto
Le conchiglie trarria dal rosso mare,
Onde sia premio lor lucida perla,
Con se sdegnosa, che coi tardi passi
Sollecita spendesse indarno il giorno.
Ma di vane speranze il suon fallace
Allor che Aquila ingombra, uguale fede
Provò il perfido labbro; e mentre il Cielo
Cercando va colle mal compre penne,
Cadde infelice sotto il crudo artiglio
Del fiero augello. Allor morendo in alto
Sospirosa esclamò, che ciò conviene
Ai voti suoi, poichè con questa immago
D'una quiete abbominata insegna,
Che senza gran periglio ad ardua meta
Non si perviene. In guisa tal qualunque
Per un vanto novel si gonfia altero
Ben soffre il fio, se ben miglior sospira.

11. SUBLIMIS. id. sublimis cum esset. Al. leg. *sublimes*.

14. SUPREMO LABORE. id. extremo periculo, supremo malo.



FABULA III.

CANCRI.

CURVA retro cedens cum fert vestigia cancer,
Hispida saxosis terga relisit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens procedere gressu,
Talibus alloquiis præmonuisse datur:
Ne tibi tranverso placeant hæc devia, nate,
Rursus in obliquos neu velis ire pedes:
Sed nisu contenta ferens vestigia recto,
Innocuos prono tramite siste gradus.
Cui gnatus; faciam, si me præcesseris, inquit,
Rectaque monstrantem certior ipse sequar.
Nam stultum nimis est, cum tu pravissima tentes,
Alterius censor ut vitiosa notes.

2. RELISIT. Impegit in saxa, tergaque infregit.
4. DATUR. id. dicitur. *Da* pro *dic* passim apud Poetas. Vide Fab. 15. & 25.
5. NE TIBI. Ne tu transversus eas per devia; neu velis ire *rursus*, idest retrorsum, in pedes obliquos. Duo enim monet.
7. CONTENTA. id. intenta.
8. PRONO. *Prono tramite* dixit etiam Lucretius lib. 6. 26. Alii leg.

FABULA IV.

BOREAS, ET PHŒBUS.

IMMITIS Boreas, placidusque ad sidera Phœbus
Jurgia cum magno conseruere Jove.
Quis prior inceptum peragat: mediumque per orbem
Carpebat solitum forte viator iter.

FAVOLA III.

I GAMBERI.

Mentre un Gambero move rinculando
L' orme ritrose, su d' acquoso scoglio
Fiaccò l' ispido tergo, onde bramosa
La madre allor, che con agevol corso
Egli cammini, con tai detti è fama
Lui desse avviso: non ti piaccia, o figlio,
Ir a schimbescio per quest' aspre vie,
Nè più t' invoglia andar con piede obbliquo;
Ma con util fatica il suol segnando
Ferma il sicuro piè su retto calle.
Cui disse il figlio: adempirò tue brame,
Ove tu mi preceda, e quel che additi
Dritto sentier io seguirò più franco.
Ella è stoltezza, mentre al mal t' appiglj,
Che tu sorga censor de i vizj altrui.

prorso. Alii *proso*, extrusa littera canina, idest recto.

11. Nam stultum. Clausula ejusdem farinæ, ac duæ superiores.

FAVOLA IV.

Borea e Febo.

Il crudel Aquilone, e il Sol tranquillo
Nel Ciel sorser a lite avanti a Giove,
Chi più di lor sia prode; e per ventura
Nel mezzodì prendea l' usata via
Un passeggero. Al piato lor l' oggetto

Convenit, hanc potius liti præfigere caufam,
  Pallia nudato decutienda viro.
Protinus impulfus ventis circumtonat æther,
  Et gelidus nimias depluit imber aquas.
Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,
  Turbida fummotos qua trahit aura finus.
Sed tenues radios paulatim increfcere Phœbus
  Jufferat, ut nimio furgeret igne jubar,
Donec laffa volens requiefcere membra viator,
  Depofita feffus vefte refedit humi.
Tum victor docuit præfentia numina Titan,
  Nullum præmiffis vincere poffe minis.

1. Ad sidera. Idem eft atque apud fidera, hoc eft apud Deos unam cum magno Jovem litem audientes.

3. Quis. Pro uter.
Mediumque &c. Meridie, cum Sol eft in orbe medio.
5. Convenit. Ital. *Convengon fra*

FABULA V.

Asinus pelle Leonis indutus.

Metiri fe quemque decet, propitiifque juvari
  Laudibus, alterius nec bona ferre fibi.
Ne detracta gravem faciant miracula rifum,
  Cæperit in folitis cum remanere malis.
Exuvias afinus Getuli forte leonis
  Repperit, & fpoliis induit ora novis,
Aptavitque fuis incongrua tegmina membris,
  Et miferum tanto preffit honore caput.
Aft ubi terribilis animo circumftetit horror,
  Pigraque præfumtus venit in offa vigor:

Cal-

Fu chi l' uom spogli del mantello. Il Cielo
Tosto pei venti romoreggia, e versa
Un diluvio di pioggia il freddo nembo.
Ei più raddoppia il manto al fianco intorno,
Laddove l' aura procellosa innalza
Lo sventolante sen; ma Febo impera,
Che cresca a poco a poco il tenue raggio,
Onde d' ardor soverchio il giorno avvampi,
Finchè volendo il passegger riposo
Dar all' aspre sue membra, oppresso e stanco
Sbracciandosi si assise in su la terra.
Allora il Sole vincitore insegna
Agli attoniti Dei, che indarno alcuno
Vincer lui può con minacciose prove.

loro, ut recte clarissimus Trombellus.
12. Ut nimio &c. Cannegieter ex conjectura leg. *& nimio surgere in igne.*
15. Præsentia. Quæ aderant.
16. Minis. Quia Boreas vi egerat.

FAVOLA V.

L' Asino vestito della pelle di Leone.

Se stesso ognun misuri, e de' suoi vanti
Lieto ne sia, nè l'altrui bene involi.
Un Asinello di Lion Getulo
Trovò la pelle, e delle nuove spoglie
Vestì se stesso, ed al suo tergo avvolse
L' informe manto, e d' un sì grande onore
Gravò il misero capo. Allor che l' alma
Quel terribile orror scosse e comprese,
E si svegliò il valor nell' ossa inerti,

O

Mitibus ille feris communia pabula calcans,
Turbabat pavidos per sua rura boves:
Rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,
Correptum vinclis, verberibusque domat:
Et simul abstracto denudans corpora tergo,
Increpat his miserum vocibus ille pecus.
Forsitan ignotos mutato tegmine fallis:
At mihi, ceu quondam, semper asellus eris.

3. Miracula. Pro re omni, quæ admirationem movet.
4. Remanere. Al. remeare.
5. Getuli. Al. *defuncti*.
9. Animo. Al. *mimo*. Fortasse melius.
10. Præsumtus. Ante sumptus per mimum ad terrendas alias feras.

FABULA VI.

Rana, et Vulpes.

Edita gurgitibus, olimque immersa profundo,
Et luteis tantum semper amica vadis,
Ad superos colles, herbosaque prata recurrens
Mulcebat miseras turgida rana feras,
Callida quod posset gravibus succurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare suo.
Nec se Pæonio jactat cessisse magistro,
Quamvis perpetuos curet in orbe Deos.
Tunc vulpes pecudum ridens astuta quietem,
Verborum vacuam prodidit esse fidem.
Hæc dabit ægrotis, inquit, medicamina membris,
Pallida cæruleus cui notat ora color?
Ne sibimet quisquam de rebus inaniter ullis,
Quas nequit, imponat, ista fabella monet.

1. Olimque. Quidam legendum putant, *limoque*.
4. Mulcebat miseras. Mulcendo leniebat miserias ferarum, quod ipsa medicam artem teneret. 7. Pæonio. Pæon Deorũ medicus apud Homer. Il. 5.

Calcando i paſchi egli comuni al gregge
Ne' prati ſuoi tra'l paventoſo armento
Mettea ſcompiglio. Ove dal lungo orecchio
Lui ſcoperſe il Villano, avvinto, e ſtretto
Colle catene, e colla fruſta il doma;
E ſpogliandolo inſiem con queſte voci
Lo ſventurato pecoron rampogna:
Forſe inganni i ſtranier cangiando ammanto;
Ma meco ognor, qual foſti, aſin ſarai.

12. PAVIDOS. Al. *pavidas*.
SUA RURA. Al. *ſua lustra*.
16. PECUS. Omne genus animalis præter hominem vocatur hoc nomine.
17. FALLIS. Alii, & quidem melius, leg. *fallas*.
18. CEU. Al. *qui*.

FAVOLA VI.

LA RANA E LA VOLPE.

NATA tra i gorghi, e già nel ſondo immerſa,
E ſempre amica de' fangoſi ſtagni
Una Rana orgoglioſa i colli aprichi,
E i prati erboſi traſcorrendo il duolo
Addolcia delle fiere, atta a far ſcudo
Ai gravi morbi, e a rallungar la vita
Coll' arti ſue. Nè del Peonio Duce
Minor ſi vanta, benchè in Cielo ei curi
Gli eterni Dei. L'aſtuta Volpe allora
Delle fiere ſchernendo il vil ripoſo
Vana ſvelò dei detti ſuoi la ſede.
Coſtei, diſſe, darà all' egre membra
Le medicine, a cui lo ſmorto viſo
Il ceruleo color inſoſca, e macchia?
Queſta favola avviſa, affin che alcuno
Ciò che non può, non mai s'addossi invano.

FABULA VII.

Canis, et Rusticus.

Haud facile eſt pravis innatum mentibus, ut ſe
Muneribus dignas ſuppliciove putent.
Forte canis quidam nullis latratibus horrens,
Nec patulis primum rictibus ora trahens,
Mollia ſed pavidæ ſubmittens verbera caudæ,
Concitus audaci vulnera dente dabat.
Hunc dominus, ne quem probitas ſimulatà lateret,
Juſſerat in rabido gutture ferre notam.
Faucibus & nexis crepitantia ſubligat æra,
Quæ facili motu ſigna cavenda darent.
Hæc tamen ille ſibi credebat munera ferri,
Et ſimilem turbam deſpiciebat ovans.
Tunc inſultantem ſenior de plebe ſuperbum
Aggreditur, tali ſingula voce movens.
Infelix, quæ tanta rapit dementia ſenſum,
Munera pro meritis ſi cupis iſta dari?
Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære:
Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.

1. Haud facile. Diſtichon ex alia vena, & quidem miſera.

5. Submittens. Subjiciens utero caudam.

Verbera caudæ. Canes, qui latrant & minantur, tollunt caudam, ſibique dorſum verberant.

13. Tunc. Al. *hunc*.

FAVOLA VII.

IL CANE E IL VILLANO.

AL pravo ingegno non è facil cosa
Crederfi degno di fupplizio, o dono.
Un Can, che non fapea latrar feroce,
Nè sbarrar le mafcelle in afpri ringhi,
Ma che piegando la sferzevol coda
Animofo imprimea col dente il morfo:
Quefti il Padron, perchè non foffe afcofa
La finta probità, gravò d' un fegno
Nella rabbiofa gola, e al collo avvinto
Un ftridulo fonaglio allaccia intorno,
Perchè a guardarfi il tintinnio dia fegno.
Pur ei credea portar un nobil dono,
E guatava orgogliofo il volgo uguale.
Allor coftui, che ringalluzza altero,
Il Can più vecchio appella in quefti accenti
Tutto fvelando. E qual follia t' invola
La mente, o fventurato, onde tal dono
Brami a tuoi merti? In quefto bronzo il raggio
Non fplende di virtù, ma ben nel fuono
Di tua nequizia il teftimon tu rechi.

INSULTANTEM. Tintinnabulum faltando jactantem.
14 AGGREDITUR. Al. *Alloquitur*.
MOVENS. Al. monens.
16. MUNERA. Tintinnabulum non erat munus & præmium, fed teftimonium nequitiæ.

FABULA VIII.

CAMELUS, ET JUPITER.

CONTENTUM propriis ſapientem vivere rebus,
Nec cupere alterius, noſtra fabella monet;
Indignata cito ne ſtet fortuna recurſu,
Atque eadem minuat, quæ dedit ante, rota.
Corporis immenſi fertur pecus ipſe per auras,
Et magnum precibus ſollicitaſſe Jovem.
Turpe nimis cunctis, irridendumque videri
Inſignes geminis cornibus ire boves;
Se ſolum nulla munitum parte camelum,
Objectum cunctis, expoſitumque feris.
Jupiter arridens poſtquam ſperata negavit,
Inſuper & magnæ ſuſtulit auris onus.
Vive minor merito, cui ſors non ſufficit, inquit,
Et tua perpetuum, livide, damna geme.

1. CONTENTUM &c. Tetraſtichon neſcio cujus.
5. PECUS. Camelus.
PER AURAS. Al. *per arva*.
6. MAGNUM. Al. *magnis*.
11. ARRIDENS. Al. *ac ridens*, & quidem fortaſſe melius.
SPERATA. Et negavit, quæ came-

FABULA IX.

VIATORES, ET URSA.

MONTIBUS ignotis, curviſque in vallibus arctum
Cum ſocio quidam ſuſcipiebat iter,
Securus quodcunque malum fortuna tuliſſet,
Robore collato poſſet uterque pati.

FAVOLA VIII.

IL CAMELO E GIOVE.

QUESTA favola noſtra al ſaggio inſegna,
Che non brami l'altrui del ſuo contento,
Perchè la ſorte diſdegnoſa il corſo
Non cambi, e ſcemi i don, che die' corteſe.
D'immenſa mole una gran beſtia è fama,
Che porgeſſe tai preghi al ſommo Giove,
Sembrar troppo diſnor, e ſcherno al mondo
Che vada il bue di doppio corno altero,
E ſia il ſolo Camel ſenza difeſa
Berſaglio ad ogni fiera. Allor ridendo
Giove, e ritroſo alla ſua ſpeme il peſo
Ancor gli tolſe delle grandi orecchie.
Vivi ſcemo, gli diſſe, a cui non baſta
Il tuo deſtin, e con perpetuo affanno
Deplora, invidioſo, i danni tuoi.

lus ſperaverat, & inſuper eum multavit auribus.
13. MINOR MERITO. Sine auribus, quas merueras ante preces & quereias iſtas.

FAVOLA IX.

I PASSEGGERI E L'ORSA.

PRENDEA con un compagno erto cammino
Un uom per monti ignoti, e curve valli,
Sicuro, ch' ogni ſcontro, a cui la ſorte
Gli eſponga, poſſan ſoſtenere entrambi

Dumque per inceptum vario ſermone feruntur,
In mediam præceps convenit urſa viam.
Horum alter facili comprendens robora curſu
In viridi trepidum fronde pependit onus:
Ille trahens nullo jacuit veſtigia greſſu,
Exanimem fingens, ſponte relisſus humi.
Continuo prædam cupiens fera ſæva cucurrit,
Et miſerum curvis unguibus ante levat;
Verum ubi concreto riguerunt membra timore,
(Nam ſolitus mentis liquerat oſſa calor)
Tunc olidum credens, quamvis jejuna, cadaver,
Deſerit, & luſtribus conditur urſa ſuis.
Sed cum ſecuri paulatim in verba rediſſent:
Liberior juſto qui fuit ante fugax,
Dic ſodes, quidnam trepido tibi rettulit urſa?
Nam ſecreta diu multaque verba dedit:
Magna quidem monuit: tamen hæc quoque maxima juſſit,
Quæ miſero ſemper ſunt facienda mihi.
Ne facile alterius repetas conſortia, dixit,
Rurſus ab inſana ne capiare fera.

1. ARCTUM. Iter *arctum*, ſeu *artum*, eſt difficile atque impeditum.

3. SECURUS. Deeſt *quod* ad plenam & elegantem conſtructionem.

5. INCEPTUM. Cannegieter ex conjectura leg. *incertum*.

6. CONVENIT. Idem leg *en venit*. Cur non *advenit*? Sed verbum hoc Avieni proprium. V. Fab. 17.

7. FACILI. id. agili.

10. RELISUS. Stratus. Cannegieter mavult *refuſus*, vel *corpore fuſus*.

11. CUPIENS. Fortaſſe *rapiens*, ut idem conjicit.

12. ANTE. Antequam voret.

14. MENTIS. Spirituum. Melius Cannegieter, *mentem liquit & oſſa*.

16. DESERIT. Fama eſt, urſam parcere cadaveribus: quod Poetæ ſatis eſt, licet fortaſſe falſum ſit.

Colle raccolte forze; e mentre vanno
Tra loro ragionando, ecco se 'n viene
Precipitosa in mezzo al calle un' Orsa.
Quello afferrando frettoloso un' elce
Pendea tremante su le verdi frondi;
Questo su l' orme soffermossi immoto,
Ed esangue si finge al suol prostesò.
Ma la preda anelando a lui se 'n corse
La fiera belva, e col ricurvo artiglio
Solleva l' infelice. Ove rattratte
Per lo spavento irrigidir le membra,
Poichè il natio calor fuggì dall' ossa,
Un cadavere olente allor credendo,
Sebben digiuna, il fugge, e si soppiatta
L' Orsa nelle sue tane. Ove sicuri
A poco a poco a ragionar si diero:
Affè, dimmi, che mai l' Orsa riferse
A te tremante, poichè molti accenti,
Ed arcani ti diè. Di grandi cose
In ver fu consigliera: almen costei
Massimi affar prescrisse, a cui per sempre
Fia stretto io sventurato. Ella mi disse,
Non più ti rendi altrui facil compagno,
Perchè non torni alla rea fiera in preda.

18. LIBERIOR JUSTO. Non enim fugaci & fœdrifago jocari licebat.
23. REPETAS. Ne rursus incas societatem cum altero illo, qui te deseruit.
24. INSANA. idest rabida.

FABULA X.

Eques calvus.

Calvus eques capiti solitus religare capillos,
Atque alias nudo vertice ferre comas,
Ad campum nitidis venit conspectus in armis,
Et facilem frenis flectere cœpit equum.
Hujus ab adverso Boreæ spiramina perflant:
Ridiculum populo conspiciente caput.
Nam mox dejecto nituit frons nuda galero,
Discolor apposita quæ fuit ante coma.
Ille sagax, tantis quod risus millibus esset,
Distulit admota calliditate jocum:
Quid mirum appositos, referens, fugisse capillos,
Quem prius æquævæ deseruere comæ?
Ridiculo cuiquam cum sis, absolvere temet
Opposita veri cum ratione stude.

3. Ad campum. In campum Martium, ubi exercitationes fiebant.
5. Hujus ab adverso. Adversus hunc spirante vento, apparuit calvitium. Sed modus dicendi, si caret librariorum mendo, duriusculus est.
7. Galero. Galericulo dejecto,



FAVOLA X.

IL CAVALIER CALVO.

Un calvo Cavaliere il crine avvezzo
Ad annodar, e della chioma altrui
Vestir l' ignuda fronte al campo venne
Fiammeggiando nell' armi; e già col freno
Cominciò volteggiar docil destriero.
Contra lui soffiò il vento, ed il suo capo
Fu spettacol di riso al volgo ignaro;
Poichè, il cappel sbalzato al suol, risulse
La fronte ignuda dal color difforme
Della posticcia capigliera. Ei saggio
Tra le risa del volgo accolto e denso
Con astuta facezia il scherno estingue,
Così dicendo: qual stupor che fugga
Posticcia chioma quel, cui già dapprima
Il crin abbandonò, che seco nacque?
Se sei segno allo scherzo, il nome tuo
Pensa sottrar colla ragion del vero.

apparuit frons alterius coloris.
10. Distulit. Callide jocum disjecit.
11. Appositos. Adscititios. Al. *positos*.
13. Ridiculo &c. Distichon adscititium, & male compactum.



FABULA XI.

OLLA ÆREA, ET LUTEA.

ARRIPIENS geminas ripis cedentibus ollas
Insanis pariter flumen agebat aquis.
Sed diversa duas ars & natura creavit:
Ære prior fusa est: altera ficta luto.
Dispar erat fragili, & solidæ concordia motus,
Incertumque vagus amnis habebat iter.
Ne tamen allisam confringeret ærea testam,
Jurabat solitam longius ire viam.
Illa timens (ne quid levibus graviora nocerent,
Et quia nulla brevi est cum meliore fides)
Quamvis securam verbis me feceris, inquit,
Non timor ex animo decutiendus erit.
Nam, me sive tibi, seu te mihi conferat unda,
Semper ero ambobus subdita sola malis.
Pauperior caveat sese sociare potenti;
Namque fides illi cum parili melior.

1. ARRIPIENS. Vulgo leg. *eripiens*. CEDENTIBUS. Disjectis.
5. DISPAR. Non poterant convenire ratione diversi ponderis.

6. VAGUS. Fractis enim ripis exundabat.
7. NE TAMEN. Ærea jurejurando pollicebatur, alteram sibi allisam

FAVOLA XI.

LA PENTOLA DI BRONZO E QUELLA DI CRETA.

Due pentole levando ai rosi lidi
Un fiume travolgea nell' onde insane
Con pari sorte; ma diverse entrambe
Creò l'arte, e natura. Avea la prima
Il bronzo fusa, e l'altra era di creta.
Venia spinta la frale, e la pesante
Da moto disuguale, e il gonfio fiume
Tenea incerto sentier. Quella di bronzo
Giurava ir lungi dall' usata via,
Perchè non fosse il ciotolone infranto;
Ella temendo, che nocesse il pondo
A lieve corpo, e perche mal si fida
Il debole del forte: abbenchè, disse,
Coi detti mi assicuri, il cor non sgombro
Già dal timor, poichè s' io son dall' onda
A te stretta, o tu meco, io sola sono
Ad ambe le sventure ognor soggetta.
Il poverel non s' accompagni al ricco,
Poichè coi pari andar a lui più giova.

non esse perituram.
ALLISAM. Al. *elisam*. Al. *illisam*.
10. BREVI. Tenui atque imbecillo.
15. PAUPERIOR &c. Distichon sequioris poetæ.

FABULA XII.

RUSTICUS QUI THESAURUM INVENERAT.

RUSTICUS impresso molitus vomere terram
 Thesaurum sulcis prosiluisse videt.
Mox indigna animo properante reliquit aratra,
 Semina compellens ad meliora boves.
Continuo supplex Telluri construit aram,
 Quæ sibi depositas sponte dedisset opes.
Hunc fortuna novis gaudentem provida rebus
 Admonet, indignam se quoque thure dolens.
Nunc inventa meis non profers munera templis,
 Atque alios mavis participare deos.
Sed cum subrepto fueris tristissimus auro,
 Me primam lacrimis sollicitabis inops.
Non me ridenti, sed tristi cernere vultu
 Fas erit, & vacua sint tibi vota tua.
Unius accepto peccat grave quisque talento,
 Si, quod ab hoc sumsit, imputat hoc alii.

3. INDIGNA. Non digna novis opibus suis.

4. SEMINA MELIORA. Per translationem. Non enim amplius ferere volebat agros.

9. PROFERS. Al. *prodis*. Dolet



FAVOLA XII.

IL VILLANO, CHE RITROVÒ UN TESORO.

Col vomer curvo razzolando il suolo
Un Contadino fuor guizzar dai solchi
Vide un tesor. Con frettolosa lena
Repente abbandonò l' indegno aratro
I buoi spingendo a più fecondi semi.
Indi supplice un' ara erge alla Terra,
Che i doni ascosi gli largì cortese.
Lui, mentre gode del novello evento,
La Fortuna sgridò dal duol trafitta,
Ch' a lei non arda incenso. I don scoperti
Or non offri a miei templi, e più t' aggrada
Far parte agli altri Dei; ma quando il duolo
Il cor t' ingombrerà per l' or rapito,
Fra tutti allor me stancherai col pianto
Gramo e tapino; nè con lieto viso
Tu mi vedrai, ma con crucciosa fronte,
E i voti tuoi sparsi n' andranno al vento.
Commette grave error chi dall' Amico
Ricchezza acquista, e ad altri ascrive il dono.

autem fortuna, se non coli sacrificiis.

13. Non me &c. Tetrastichon ab auctore profectum minus idoneo.



FABULA XIII.

TAURUS, ET LEO.

IMMENSUM taurus fugeret cum forte leonem,
Tutaque desertis quæreret antra viis:
Speluncam reperit, quam tunc hirsutus habebat
Cinyphii ductor qui gregis esse solet.
Ast ubi summissa mediantem irrumpere fronte
Obvius obliquo terruit ore caper;
Tristis abit, longaque fugax de valle locutus:
(Nam timor expulsum jurgia ferre vetat)
Non te demissis setosum, putide, barbis,
Illum qui superest, consequiturque, tremo.
Nam si discedat, nosces, stultissime, quantum
Discrepet a tauri viribus hircus olens.
Dum cupis illatum tibimet persolvere damnum,
Absque tui damno hocce caveto fore.

2. VIIS. Al. *jugis*: & quidem aptius ad *antra*.

3. HABEBAT. Occupabat caper, isque princeps.

4. CINYPHII. Ex hac regione Africæ, ubi multi, & grandes hirci.

5. AST. Al. *post*.

6. OBLIQUO. Indignanti, ideoque transverso.

8. TIMOR. Timor a Leone in

FAVOLA XIII.

IL TORO ED IL LIONE.

Fuggendo il Toro da un Lion immane,
E ricercando per deserta strada
Un sicuro covil ritrova a caso
Una spelonca, in cui sen stava allora
L' irsuto duce del Cinisio gregge.
Ma quando incontro con sdegnosa faccia
Il Capro lo atterrì, mentre ricerca
Aprirsi il varco colla bassa fronte,
Parte crucciosò, e dalla cupa valle
Fuggitivo parlò, poichè gli vieta
Piatir la tema: non per queste lunghe
Tue barbe setolose, e pel tuo puzzo,
Ma per colui, ch' ora m' incalza, io tremo;
Poichè s' ei parte, ben sapresti, o folle,
Quanto le forze d' un monton olente
Sian disuguali ad animoso Toro.
Mentre schivar tu brami alcuna offesa,
Guarda che non t' offenda il tuo pensiero.

caussa erat, cur taurus non jurgaretur cum hirco, a quo expellebatur antro.

10. Superest. Superstat.

Consequitur. Al. insequitur.

13. Dum cupis &c. Ex alio penu, nec sane bono.

FABULA XIV.

Simia, et Jupiter.

JUPITER in toto quondam quæſiverat orbe,
  Munera natorum quis meliora daret.
Certatim ad Regem currit genus omne ferarum,
  Permiſtumque homini cogitur ire pecus.
Sed nec ſquamigeri deſunt ad jurgia piſces,
  Vel quidquid volucrum purior aura vehit.
Inter quos trepidæ ducebant pignora matres,
  Judicio tanti diſcutienda Dei.
Tunc brevis informem traheret cum ſimia natum,
  Ipſum etiam in riſum compulit ire Jovem.
Hanc tamen ante alias rupit turpiſſima vocem,
  Dum generis crimen ſic abolere cupit.
Jupiter hoc nolit; maneat victoria ſi quem,
  Judicio ſupereſt omnibus iſte meo.
Ergo mos homini eſt, quidquid ſibi fecerit ipſe,
  Vile licet maneat, comprobat ipſe tamen.
Neve velis rerum quidquam laudare tuarum,
  Alterius niſi ſint ore probata prius.

2. MUNERA NATORUM. Ideſt natos, Latine & Poetice.

7. INTER &c. Cannegieter ſic ex conject. leg. *Inter tot trepidas ducentes*, &c. *Judicio tanti* &c. *Hic brevis* &c.

11. HANC. Fortaſſe *Et*.

12. GENERIS. Prolis. Al. *genitrix*.

FAVOLA XIV.

LA SCIMIA E GIOVE.

Giove un giorno cercò nel mondo tutto
Chi desse a luce i più leggiadri figli.
La schiatta tutta delle fiere a gara
Al Re se 'n corre, e son costretti i bruti
Cogli uomini andar misti. Alla contesa
Vanno i pesci squamosi, e quanti augelli
L' aria pure travolge. In sì gran stuolo
Vi conducean le paventose madri
A tanto Nume i pegni. Allor traendo
Un nano Scimiotto il figlio informe,
Lo stesso Giove al riso strinse ancora:
Pur ei sì brutto aprì la bocca il primo,
Mentre strugger desia della sua stirpe
Il vil delitto: sii ritroso Giove;
Ma se ad alcuno la vittoria arride,
Per me questi in beltade ogn' altro oscura.
Tal costume è dell' uom, che sempre approvi
Le imprese sue, sebben neglette e vili;
Ma tu non loda le tue gesta in prima
Che queste non commendi il labro altrui.

13. Nolit. Sit Jupiter invitus: si aliquem manet victoria, manet istum simium, qui judicio meo superstat omnibus. Alii leg. *novit*, pro *nolit*.

15. Ergo mos &c. Ex trivio.

FABULA XV.

Grus, et Pavo.

THREICIAM volucrem fertur Junonius ales
Communi ſociam continuiſſe cibo.
Namque inter varias fuerat diſcordia formas,
Magnaque de facili jurgia lite trahunt.
Quod ſibi multimodo fulgerent membra decore,
Cæruleum facerent livida terga gruem.
Et ſimul erectæ circumdans tegmina caudæ,
Sparſerat arcanum rurſus in aſtra jubar.
Illa licet nullo pennarum certet honore,
His tamen inſultans vocibus uſa datur:
Quamvis innumerus plumas variaverit ordo,
Merſus humi ſemper florida terga geris.
Aſt ego deformi ſublimis in aëra penna
Proxima ſideribus, numinibuſque feror.
Si quadam virtute nites, ne deſpice quemquam.
Ex alia quadam forſan & ille nitet.

1. THREICIAM. Grus æſtate in Thracia degit, hieme ſecedit in Libyam.
JUNONIUS. Pavo.
2. CONTINUISSE. Tenuiſſe. Quid ſi *conciliaſſe*? Sic enim recte naſcitur poſtea particula *namque*. Al. *continuaſſe*, quod verbum habes f. 21. & 34.
4. TRAHUNT. Intellige originem.



FAVOLA XV.

LA GRÙ E IL PAVONE.

Di ſama è ſuon, che di Giunon l' augello
Si reſe amica col comune deſco
La Tracia Grù, poichè diſcorde gara
Su la beltà naſceva, e lieve oggetto
Gran conteſa movea, perchè le membra
In lui ſplendean di moltiformi vezzi,
La Grù dipinta ha di ſquallor il tergo;
E inſiem rotando l' orgoglioſa coda
Spargea nel Cielo una novella luce.
Quella ſebben per pregio alcun di penne
Non ſcenda a gareggiar, pur queſti accenti
Scioglie inſultando: benchè in varie ſogge
Hai pinte l' ali, al ſuol affiſſo ognora
Striſci il florido dorſo. Io sì per l' etra
Vado preſſo alle Stelle, e preſſo ai Numi.
Se in te ſplende virtù, non ſprezza alcuno,
Forſe ben d'altri pregi ei ſplende adorno.

8. ARCANUM. Recte Barthius putat legi poſſe *arquatum*, a figura caudæ jam explicatæ.
RURSUS. Pro *retrorſus*, ut in Fab. 5.
10. DATUR. Dicitur, ut in Fab. eadem, & 25.
11. QUAMVIS &c. Tu præſtas plurim s ſed inertibus, ego volatu.
15. SI QUADAM &c. Adſcititium.



FABULA XVI.

QUERCUS, ET ARUNDO.

MONTIBUS e summis radicitus eruta quercus
  Decidit, insani turbine victa noti.
Quam tumidis subter decurrens alveus undis
  Suscipit, & fluvio præcipitante rapit.
Verum, ubi diversis impellitur ardua ripis
  In fragiles calamos, grande resedit onus.
Tunc sic exiguo connectens cespite ramos,
  Miratur liquidis quod stet arundo vadis.
Se quoque tam vasto nec dum consistere trunco,
  Ast illam tenui cortice ferre minas.
Stridula mox blando respondit canna susurro,
  Seque magis tutam debilitate docet.
Tu rapidos, inquit, ventos, sevasque procellas
  Despicis, & totis viribus acta ruis.
Ast ego surgentes paulatim demoror austros,
  Et quamvis levibus provida cedo notis.
In tua præruptus offendit robora nimbus:
  Motibus aura meis ludificata perit.
Hæc nos dicta monent magnis obsistere frustra;
  Paulatimque truces exsuperare minas.

1. RADICITUS. Al. *radicibus*.

7. RAMOS. Ita vocantur calami tenues arundinis. Sic enim construe; *Tunc miratur, quod arundo connectens ramos cespite sic exiguo stet* &c.

9. SE QUOQUE. Illud quoque miratur, &c.

13. RAPIDOS. Al. *rabidos*.

FAVOLA XVI.

LA QUERCIA E LA CANNA.

Svelta dall' imo su gli eccelsi monti
Cadde una Quercia rovinosa, e vinta
Dal nimboso aquilon; la qual accoglie
Corrente fiume nelle tumid' onde,
E nel sen vorticoso la travolge.
Ma dopo che fu spinta alta su i flutti
A varie sponde, in fragil stoppie posa
Lo smisurato pondo. Allor ammira,
Che una Canna intrecciando i debil rami
Con piccol cespo stà nell' onda illesa,
Mentre invan su gran tronco ella s' appoggi;
E questa invitta con legger corteccia
Soffra le minacciose ire de' nembi.
Tosto rispose con piacevol fischio
Lo stridente arboscello, e la frallezza
Esser insegna il più sicuro scudo.
Tu sprezzi, disse, i turbinosi venti,
E le fiere procelle, e sol trabocchi
Vinta da tutto il nerbo. Io non trattengo
Gli austri nascenti, e a picciol soffio ancora
Provvida io cedo: i tuoi gran tronchi assale
Precipitoso nembo, al moto mio
L' aura s' addolce, ed ischerzando pere.
Alla gran forza si resiste invano,
E a poco a poco anco il furor si vince.

14. Totis. Al. *tutis*.
15. Ast Cannegieter *haud* legit. Quia arundo non demoratur austros paullatim surgentes, sed cedit statim.
17. Præruptus. Al. *proruptus*.
19. Hæc nos &c. Aliunde petitum & adsutum.

FABULA XVII.

TIGRIS, ET VENATOR.

VENATOR jaculis haud irrita vulnera torquens,
Turbabat rapidas per ſua luſtra feras.
Tunc pavidis audax cupiens ſuccurrere tigris,
Verbere commotas juſſit adeſſe minas.
Ille tamen ſolito contorquens tela lacerto,
Nunc tibi, qualis eram, nuntius iſte feret.
Et ſimul emiſſum tranſegit viſcera ferrum,
Perſtrinxitque citos haſta cruenta pedes.
Molliter affixum traheret cum ſaucia telum,
A trepida fertur vulpe retenta diu.
Dum rogat, unde foret, qui talia vulnera ferret,
Aut ubinam jaculum detuliſſet agens?
Illa gemens, fractoque loqui vix murmure cœpit:
Nam ſolitas voces ira dolorque rapit.
Nulla quidem medio convenit in aggere forma,
Quæque oculis olim ſit repetenda meis:
Sed cruor, & validis in nos directa lacertis
Oſtendunt aliquem tela fuiſſe virum.
Bruta licet ſoleant animalia jure timeri,
Omnibus eſt illis plus metuendus homo.

4. VERBERE. Quo ſolent uti venatores ad excitandas feras.
6. QUALIS ERAM. Tempus pro tempore.
FERET. Al. *refert.*
7. TRANSEGIT. Al. *tranſierit.*
8. PERSTRINXIT. Al. *præſtrinxit*
9. MOLLITER. Leniter extraheret
10. RETENTA DIU. Multis verbis
15. CONVENIT. Pro ſimplici *venit*, ut ſolet Avianus. V. Fab. 9.
IN AGGERE. In loco pugnæ, ut

FAVOLA XVII.

LA TIGRE E IL CACCIATORE.

Un Cacciator colle mortali frecce
Iva turbando le veloci fiere
Entro lor tane. Un' animosa Tigre
Vaga di dar ai timorosi aita,
Quasi da sferza flagellata in petto
L' ire risveglia. Ei nondimen gli strali
Col suo vigor lanciando: or ben qual sono
Questi t' insegneranno; e il ferro insieme
Disprigionato le trafisse il fianco,
E l' asta sanguinosa il piede avvinse.
Mentre trae dolcemente il ferro infisso,
Lei trattiene una Volpe; e mentre chiede,
Onde sia chi tal reca aspra ferita,
E dove il giavelotto errando avesse,
Ella gemendo, e con spezzato suono
A dire incominciò, poichè le voci
Ira, e duol interrompe: in mezzo al campo
Non apparve sembianza, o che dal guardo
Si possa ravvisar; ma il sangue, e i dardi
Contra me spinti da robuste braccia
Mostran che un uom fu 'l feritor crudele.
Benchè paventin gli animali i bruti,
A loro è l' uomo un più tremendo oggetto.

Virgilius Æn. 5. 113. *medio conit aggere ludos*. Communiter *agger* est via quædam sublimior. Al. *ab aggere*.

16. QUÆQUE &c. Et quam olim, si videro, recognoscam.

18. VIRUM. Vel hac voce significat venatorem non vulgarem, vel simpliciter hominem, ut idem fab. 19 & 24 & Virgilius Georg. 4. 223.

19. BRUTA &c. Ex vena infirmiore,

FABULA XVIII.

Juvenci, et Leo.

Quatuor immensis quondam per prata juvencis
 Fertur amicitiæ tanta fuisse fides,
Ut simul emissos nullus divelleret error,
 Rursus & e pastu turba rediret amans.
Hos quoque collatis inter se cornibus ingens
 Dicitur in silvis pertimuisse leo.
Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam,
 Et conjuratos horret adire boves.
Sed, quamvis audax, factisque immanior esset,
 Tantorum solus viribus impar erat.
Protinus aggreditur pravis insistere verbis,
 Collisum cupiens dissociare pecus.
Et postquam dictis animos disjunxit acerbis,
 Invasit miserum, diripuitque gregem.
Tunc quidam ex ipsis, vitam servare quietam
 Qui cupit, ex nostra discere morte potest:
Neve cito admotas verbis fallacibus aures
 Impleat, aut veterem deserat ante fidem.

4. Amans. Al. *ovans*.
5. Collatis. Al. *collectis*.
10. Tantorum. Al. *taurorum*.
11. Pravis insistere &c. Dolo agere, & prava consilia ferre.
12. Collisum. Consociatum. Al.

FAVOLA XVIII.

I GIOVENCHI E IL LIONE.

Sì bel nodo d' amòr stringeva un tempo
Ne' verdi prati quattro Tori immani,
Che sciolti insieme scorribanda alcuna
Non mai gli divideva, e fea dal pasco
Ritorno insiem l' amico stuolo. E' fama
Che tra le selve le congiunte corna
Un Lion paventasse, onde la tema
Gli divieta tentar l' offerta preda,
Ed assalir inorridisce i Tori
Di se' congiunti. Ma sebben audace,
E più fiero nell' opre, a tante forze
Era solo inegual. Con mali accenti
Bersargliarli incomincia disioso
Di segregar il sociale armento.
E poichè scaltro gli animi divise
Con aspri detti, l' infelice gregge
Assalì, ne fe' scempio. Allor, chi brama,
Un di lor disse, trar la vita in pace,
Apprender può da nostra morte; e incauto
Non empia tosto dei fallaci detti.
Le tese orecchie, nè disciolga il primo
L' amico nodo dell' antica fede.

leg. *collectum*. Al. *collatum*. Al. *connexum*.
25. QUIETAM. Tutam & beatam. Sed quatuor hæc carmina, parum nitida & concinna, siquis expulerit, non repugnabo.

FABULA XIX.

ABIES, ET DUMUS.

HORRENTES dumos abies pulcherrima riſit,
Cum facerent formæ jurgia magna ſuæ.
Indignum referens cunctis certamen haberi,
Quos meritis nullus conſociaret honor.
Nam mihi deductum ſurgens in nubila corpus
Verticis erectas tollit in aſtra comas.
Puppibus & patulis media cum ſede locamur,
In me ſuſpenſos explicat aura ſinus.
At tibi deformem quod dant ſpineta figuram,
Deſpectum cuncti præteriere viri.
Ille refert: nunc læta quidem bona ſola fateris,
Et noſtris frueris imperioſa malis;
Sed cum pulcra minax ſuccidet membra ſecuris,
Quam velles ſpinas tunc habuiſſe meas!
Nemo ſuæ carnis nimium lætetur honore,
Ne vilis factus poſt ſua damna gemat.

4. QUOS MERITIS. Videri indignum certamen eorum, quos nulla ratio meritorum faceret æquales.

5. DEDUCTUM. Recte ductum & informatum.

7. PUPPIBUS. Et cum locor in pa-



FAVOLA XIX.

L' ABETE E LO SPINO.

Un bellissimo Abete a scherno avea
L'orride Spine, alta contesa sorta
Di lor bellezza, rintonando a tutti,
Che nasca indegna zuffa, ove nè pregio,
Nè merto alcun a se le renda uguali;
Perocchè tra le nubi alta sorgendo
La spoglia mia l' altere chiome estolle
All' ardue stelle. Abbiam noi seggio in mezzo
Dall' ampie navi, e le sospese vele
L' aura dispiega. Ma perchè te brutto
Rendon le siepi, il passegger disprezza.
Egli a rincontro: ora il sol ben confessi,
E del mio danno alteramente esulti;
Ma se recida il vago fral la scure,
Come vorresti le mie spine allora!
Nessun gioisca di sua vaga salma,
Perchè negletto i danni suoi non pianga.

tulis puppibus ad sustinenda vela, &c.
11. FATERIS. Profiteris bona tantum.
15. NEMO &c. Frigidum & inelegans.



FABULA XX.

PISCATOR, ET PISCIS.

PISCATOR solitus prædam deprendere seta
Exigui piscis vile trahebat onus.
Sed postquam superas captum perduxit ad auras,
Atque avido fixum vulnus ab ore tulit:
Parce, precor, lacrymis supplex ita dixit obortis:
Nam quanta ex nostro corpore lucra feres?
Nunc me saxosis genitrix fœcunda sub antris
Fudit, & in propriis ludere jussit aquis:
Tolle minas, tenerumque tuis sine crescere mensis:
Hæc tibi me rursum litoris ora dabit.
Protinus immensi depastus cærula Ponti,
Pinguior ad calamum sponte recurro tuum.
Ille nefas captum referens absolvere piscem:
Difficiles queritur casibus esse vices.
Nam miserum est, inquit, præsentem amittere prædam;
Stultius & rursum vota futura sequi.
Incerta pro spe ne munera certa relinque;
Ne rursus quæras, forte nec invenias.

1. DEPRENDERE. Piscati funiculis & hamo. Al. *suspendere.*

4. VULNUS. Hamum significat, unde vulnus.

TULIT. Abstulit, traxit.

5. ITA DIXIT. Al. *adfatur.*

7. NUNC ME. Recens natum sum.

9. TOLLE MINAS. Dimitte me, donec crescam.

11. DEPASTUS CÆRULA. Al. *pastus*

FAVOLA XX.

IL PESCATORE E IL PESCE.

Un Pescatore colla canna avvezzo
Ad afferrar la preda, il vile peso
Traea di picciol Pesce. Allor che avvinto
Su la spiaggia lo addusse, e l' amo infisso
Tolse all' ingorda bocca, in questa guisa
Supplice disse con dirotto pianto:
Ah! perdona, ti prego. E qual guadagno
Speri dalla mia spoglia? Ora tra i scogli
Alla luce mi diè la madre appena,
E mi spinse a scherzar nel mar natio.
Le minacce deponi, ed al tuo desco
Lascia ch' io m' aggrandisca: a te la spiaggia
Mi renderà di nuovo: alla tua canna
Io tosto tornerò dall' onde immense
Pasciuto e pingue. Egli di scior ritroso
L' avvinto Pesce, della sorte accusa
Le ree vicende; poich' è stolta cosa
Perder la preda, che la destra afferra,
Ed è più stolto chi 'l futuro anela.
Non lascia i certi don per speme incerta,
Nè ciò ricerca, che trovar non lice.

per cærula.
14. CASIBUS. Casibus, quibus piscis rursus capiatur.
15. MISERUM. Al. *stultum*.
16. FUTURA. Vota sequi prædæ futuræ. Al. *diurnæ*.
17. INCERTA PRO &c. Spurium.

FABULA XXI.

Rusticus, et Avis.

Lege prius hanc Fabulam in Gellio l. 2. c. 29.

PARVULA progeniem terræ mandaverat ales,
  Qua ſtabat viridi ceſpite flava ſeges:
Ruſticus hanc fragili cupiens decerpere culmo,
  Vicinam ſupplex forte petebat opem.
Sed vox implumes turbavit credula nidos:
  Suaſit & a laribus continuare fugam.
Cautior hos remeans prohibet diſcedere mater:
  Nam, quid ab externis perficietur? ait.
Ille iterum caris operam mandavit amicis:
  At genitrix rurſum tutior inde manet.
Sed poſtquam curvas dominum comprendere falces,
  Frugibus & veram ſenſit adeſſe manum:
Nunc, ait, o miſeri, dilecta relinquite rura,
  Cum ſpem de propriis viribus ille petit.

2. Flava. Matura.
4. Vicinam. Primo petit opem vicinorum.
5. Nidos. Vox hæc turbavit pulſos credulos.
6. Suasit et a. Ex Cannegiet. Al. *Suaſerat &c.*
Continuare. *Continuare fugam* apud Avianum eſt fugere; ut *continuare vitam* eſt vivere. Fab. 34.



FA-

FAVOLA XXI.

IL VILLANO E L'UCELLO.

Un Augellin avea ſidato i ſiglj
Ove ſorgean ſul verdeggiante ſuolo
Le bionde ſpighe: di raccor la meſſe
Vago un Villano dai vicin biſolchi
Chiedeva aita; ma turbò la voce
I non piumati parti, ed alla fuga
Gli perſuaſe. Di partir divieta
La cauta madre; e che potran, lor diſſe,
Straniere braccia? Egli la man ricerca
De' ſidi amici. Più ſicura allora
Siede la genitrice. Ove poi vide
Brandir le curve ſcuri, e ſtarle ſopra
La man gagliarda: o ſventurati, eſclama,
Fuggite il caro ſuolo, or ch' ei la ſpeme
Dalle ſue forze inoſorabil chiede.

8. Perficietur. Ope externa nihil fiet. Al. *proficietur*.

9. Iterum. Poſt vicinos, vocat amicos; ſed ab his mater minus timet.

12. Veram. Neque fallentem, neque cunctantem, ut ſolet manus vicini & amici.



FABULA XXII.

Invidus, et Avarus.

Jupiter ambiguas hominum prædiſcere mentes,
  Ad terras Phœbum miſit ab arce poli.
Tunc duo diverſis poſcebant numina votis;
  Namque alter cupidus, invidus alter erat.
His ſe ſe medium Titan; ſcrutatus utrumque,
  Obtulit, & precibus ut peteretur, ait:
Præſtabit facilis: nam quæ ſperaverit unus,
  Protinus hæc alter congeminata feret.
Sed cui longa jecur nequeat ſatiare cupido,
  Diſtulit admotas in nova lucra preces:
Spem ſibi confidens alieno creſcere voto,
  Seque ratus ſolum munera ferre duo.
Ille ubi captantem ſocium ſua præmia vidit,
  Supplicium proprii corporis optat ovans.
Nam petit exſtincto ut lumine degeret uno,
  Alter ut, hoc duplicans, vivat utroque carens.
Tunc ſortem ſapiens humanam riſit Apollo,
  Invidiæque malum rettulit inde Jovi.
Quæ dum proventis aliorum gaudet iniquis,
  Lætior infelix & ſua damna cupit.

1. Prædiscere. Al. *perdiſcere*. Pendet autem infinitum hoc a *miſit*.

3. Numina. Al. *munera*.

7. Præstabit facilis. Se facile præſtaturum pollicetur. Al. *præſtandi facilis*.

Quæ speraverit. Al. *quæque rogaverit*, ideſt quæcumque.

9. Sed cui &c. Avarus.

10. Distulit. Ceſſit petendi locum alteri, ut quod ille obtineret, ſibi duplicaretur.

In nova lucra. Al. *in ſua damna*.

13. Ille ubi. Avidus optavit

FAVOLA XXII.

L'INVIDIOSO E L' AVARO.

Giove mandò dalle ſtellate sfere
Febo nel mondo le dubbioſe menti
A ſcoprir de' mortali. Allora ai Numi
Due ſean diſcordi preghi. Uno era avaro,
Invidioſo l' altro. In mezzo a loro
Ambi ſpiando appreſentoſſi Apollo,
Ad a pregar gl' invita. Egli corteſe
Farà paghi lor voti all' un doppiando
I don, che l' altro ſpera. Allor l' ingordo
Dilungò le preghiere apportatrici
Di guadagno novel, di ſpeme acceſo
Che gli accreſca ricchezza il voto altrui,
E ſol credendo aver un doppio dono.
Ma quando vide il guiderdon promeſſo
Raccor lieto il compagno, egli il gaſtigo
Richiede del ſuo fral, poichè desia,
Che gli ſia ſpento un occhio, affin che l' altro
D' ambi ſia ſcemo, col doppiar la pena.
Allor ſe 'n riſe dell' umana ſorte
Il ſaggio Apollo, e riportò nel Cielo
Dell' invidia il furor, che mentre gode
D' ingiuſto acquiſto altrui, più lieta ancora
Brama tra le ſventure i danni ſuoi.

ſupplicium ſibi, ut duplicaretur alteri.

15. EXTINCTO. Al. *extinctus*. Sed neutrum ſervat carminis leges. Cannegieter mallet leg. *ſub lumine degat ut uno*.

16. HOC DUPLICANS. Duplicans malum hoc.

18. INDE. Ad implendum numerum. Al. *ipſe*. Al. *ille*.

19. PROVENTIS. Dicitur in partem tum bonam, tum malam.

20. ET SUA DAMNA. Etiam ſua damna.

FABULA XXIII.

STATUARIUS.

VENDITOR inſignem referens de marmore Bacchum,
Expoſitum pretio fecerat eſſe Deum.
Nobilis hunc quidam, funeſta in ſede ſepulcri,
Mercari cupiens, compoſiturus erat.
Alter adoratis ut ferret munera templis,
Redderet & ſacro debita vota loco:
Nunc (ait) ambiguum, facias quod mercibus omen,
Cum ſpes in pretium pectora diſpar agit,
Seu me defunctis, ſeu malis tradere Divis,
Sive decus buſti, ſeu velis eſſe Deum.
Subdita namque tibi eſt magni reverentia fati,
Atque eadem retinet funera noſtra manus.
Convenit hoc illis, quibus eſt permiſſa poteſtas,
Num prodeſſe aliis, an nocuiſſe velint.

1. REFERENS. Formans.
2. EXPOSITUM FACERE. Pro exponere Poetæ non improprie dicunt.
7. NUNC AIT. Bacchus ait: nunc ambiguum eſt, quale omen facias tuis mercibus.



FAVOLA XXIII.

LO STATUARIO.

Nel marmo effigiando un Bacco insigne
Il venditor sommise a prezzo il Nume;
Quando bramando un Cavalier l'acquisto
Volea locarlo su funesta tomba;
Altri perchè ne' venerabil templi
Gli offrisse i doni, e gli scogliesse i voti
Su l'are sacre. Or, disse, incerto ondeggi,
Qual abbian le tue merci auspicio, e guida,
Mentre di guiderdon speme ineguale
T'agita il seno; o tu piuttosto all' Ombre
Fidar mi voglia, ed a malvagi Dei;
O di sepolcro onor mi brami, e Nume,
Poichè sei del gran fato arbitro, e il freno
Regge de' nostri dì la mano istessa.
A quei ciò quadra, cui la forza è data
O di giovar o di far danno altrui.

8. CUM SPES IN PRETIUM. Al. *cum spes & pretium*.

11. FATI. Fatum meum est in manu tua.

13. CONVENIT &c. Latinum est, non tamen Avieni.



FABULA XXIV.

Venator, et Leo.

CERTAMEN longa protractum lite gerebant
  Venator quondam nobilis, atque leo.
Hi cum perpetuum cuperent in jurgia finem,
  Edita continuo forte ſepulcra vident.
Illic docta manus flectentem colla leonem
  Fecerat in gremio procubuiſſe viri.
Scilicet affirmat, pictura teſte ſuperbum
  Se fieri: extinctam nam docet eſſe feram.
Ille gravis oculos ad inania ſigna retorquens
  Infremit, & rabido pectore verba dedit.
Irrita te generis ſubiit fiducia veſtri,
  Artificis teſtem ſi cupis eſſe manum.
Quod ſi noſtra novum caperet ſolertia ſenſum,
  Sculperet ut docili pollice ſaxa leo:
Tunc hominem adſpiceres oppreſſum murmure magno,
  Condere ſub rabidis ultima fata genis.

2. QUONDAM. Al. *quidam*. Sed tunc quidem vox *nobilis* adjicienda eſt Leoni.

5. DOCTA MANUS. Artifex leonem finxerat morientem ſub homine domitore.

7. SCILICET. Recte ait Cannegieter, totum hoc laborare. Dum meliora ſeſe offerunt, ita lege; *Ilicet hic clamat pictura teſte priorem*.

FAVOLA XXIV.

IL CACCIATORE, ED IL LIONE.

Un nobil Cacciatore, ed un Lione
Traean lungo certame. Alfin bramosi
Di dar a lor contese eterno fine
Miran per avventura alto sepolcro.
Colà l'esperta mano avea scolpito
Un Lion, che piegando il collo altero
Cade in grembo dell'uomo. Allor appella
Se vincitor, poichè la pinta immago
Segna l'estinta fiera. Egli torcendo
Il bieco sguardo al simolacro inane,
Freme, e rabbioso disse: Invan fidanza
Di tua schiatta t'alletta, ove tu pensi,
Che sia del fabbro testimon la mano.
Che se novello senso il nostro ingegno
Sì ravvivasse, che il Lion scolpisse
Le docil pietre, allor pur l'uomo oppresso
Vedresti in questi marmi al fato estremo
Andar in preda con sdegnosa faccia.

AFFIRMAT. Communiter leg. *affirmans*.

13. NOSTRA SOLERTIA. Si solertia leonis esset capax hujus artis, aspiceres in marmore hominem victum & morientem.

15. MAGNO. Al. *solo*. Cannegieter mallet leg. *marmore in isto*.

16 CONDERE SUB. Ex eodem Canneg. Vulgo leg. *conderet ut*.

FABULA XXV.

Puer, et Fur.

Flens puer extremam putei confedit ad oram,
  Vana fupervacuis rictibus ora trahens.
Callidus hunc lacrymis poftquam fur vidit obortis,
  Quænam triftitiæ fit modo caufa, rogat.
Ille fibi abrupti fingens difcrimina funis,
  Auri conqueritur defiluiffe cadum.
Nec mora, follicitam traxit manus improba veftem,
  Exutus putei protinus ima petit.
Parvulus exiguo circumdans pallia collo,
  Sentibus immerfus delituiffe datur.
Sed poft fallaci fufcepta pericula voto
  Triftior amiffa vefte refedit humi.
Dicitur his folers vocem rupiffe querelis,
  Et gemitu fummos follicitaffe Deos.
Perdita, quifquis erit, pofthac bene pallia credat,
  Qui putat in liquidis quod natet urna vadis.
Nemo nimis cupide fic res defideret ullas.
  Ne plus cum cupiat, perdat & id quod habet.

1. Ad oram. Al. *ad undam.*
3. Hunc lacrymis. Canneg. mallet *has lacrymas*: & *abortus* pro *obortis.*
7. Traxit. Fur ftatim detraxit fibi veftem. Elegans eft conjectura Canneg., qui ita leg. *follicitu* ‹ *traxit mens improba, veftem exuit, & putei &c.*
11. Sed post &c. Sed fur poft

FAVOLA XXV.

IL FANCIULLO, ED IL LADRO.

Un Fanciul lagrimando al margo estremo
Già d' un pozzo si assise in vani ringhi
Allargando la bocca. Un scaltro Ladro
Vedendo il largo pianto a lui richiede,
Onde nasca l' affanno. Egli fingendo
Il reo disastro della rotta fune
Si lagna, che vi cadde un urna d' oro.
Nè indugia già: la scellerata mano
Slaccia la veste, e si calò nel fondo
Immantinente ignudo. Al collo intorno
La guarnaccia avvolgendo il giovinetto
Tra gli spinai s' appiatta. Ove dai rischi
Sofferti invan tornando egro e dolente
Per la perduta gonna in su l' erboso
Suolo s' assise, in questi lai si dice
Abbia sciolta la lingua, e i sommi Dei
Col pianto affaticasse: ognun dappoi
Creda perdute con ragion le vesti,
Che pensa galleggiar l' oro su l' acque.
Nessun brami mai cosa ingordo troppo,
Perchè di più bramando il suo non perda.

pericula &c.
15. BENE. Al. *sibi*.
16. NATET. Al. *natat*. Sed totum hoc, frigidum est, & magna mutatione indiget, ut significetur, eos condemnari, qui nimia cupiditate facile credunt.
17. NEMO NIMIS &c. Ex alia manu.

FABULA XXVI.

Leo, et Capella.

VIDERAT excelſa paſcentem rupe capellam,
  Cominus eſuriens cum leo ferret iter.
Et prior, heus, inquit, præruptis ardua ſaxis
  Linque, nec hirſutis paſcua quære jugis,
Sed cytiſi croceum per prata virentia florem,
  Et glaucas ſalices, & thyma grata pete.
Illa gemens, deſiſte (precor) fallaciter, inquit,
  Securam placidis inſimulare dolis.
Vera licet moneas, & magna pericula tollas,
  Tu tamen his dictis non facis eſſe fidem.
Nam quamvis rectis conſtet ſententia verbis,
  Suſpectam hanc rabidus conſiliator habet:
Ne citius blandis cujuſquam credito dictis.
  Sed, ſi ſint fidi, reſpice quid moneant.

4. Hirsutis. Juga carduis & ſpinis conſita.

9. Tollas. Monendo tollas.



FAVOLA XXVI.

IL LEONE E L'AGNELLA.

MENTRE un Lion famelico prendea
Lontan cammin, vide su d' alta rupe
Pascersi un' Agnelletta. Olà, primiero
Disse, lascia quei scogli, e non rintraccia
Su d' aspri gioghi il pasco: i fior vermigli
Cerca pei verdi prati, e il grato timo,
E i salici giallicci. Ella gemendo,
Cessa, rispose, con fallaci vezzi
D' adescarmi sicura. Ancor che il vero
Tu narri, e sgombri i rischi, a questi accenti
La credenza tu involi. Ove pur ferma
Su rette voci la ragion si appoggi,
Lei fa sospetta un consiglier crudele.
Non creder tosto ai lusingieri accenti;
Ben dell' Amico il buon consiglio ascolta.

12. RABIDUS. Al. *rapidus*. Al. *avidus*.

13. NE CITIUS BLANDIS &c. Frigidiusculum.



FABULA XXVII.

Cornix, et Urna.

Ingentem ſitiens cornix adſpexerat urnam,
Quæ minimam fundo continuiſſet aquam.
Hanc enixa diu planis effundere campis,
Scilicet ut nimiam pelleret inde ſitim.
Poſtquam nulla viam virtus dedit, admovet omnes
Indignata novâ calliditate dolos.
Nam brevis immerſis adcreſcens ſponte lapillis
Potandi facilem præbuit unda viam.
Viribus, hæc docuit, quam ſit prudentia major,
Qua cœptum volucris explicuiſſet opus.

3. Enixa. Al. *eniſa*, quod idem eſt.
5. Virtus. Pro viribus.
6. Dolos. Al. *jocos*.

7. Nam brevis. Congeſtis lapillis effecit, ut aqua ſurgeret. Id veteres ſcriptores & de cervis, & de



FAVOLA XXVII.

LA CORNACCHIA E L'URNA.

UNA Cornacchia ſitibonda vide
Un' urna immane, ch' aſſai ſcarſo umore
Nel fondo raccogliea. Sul liſcio piano
Con lungo sforzo a riverſarla imprende
Per diſſetarſi. Poichè tenta invano
Ogni ſua prova, diſdegnoſa adopra
L' induſtria tutta con novello ingegno;
Mentre l' umor per le pietruzze immerſe
Sorgendo al labro agevolò la via.
Ecco come prudenza il vigor vince,
Onde l' augello traſſe a fin l' impreſa.

canibus narrant.
9. VIRIBUS &c. Recta ſententia, ſed ab alio auctore.



FABULA XXVIII.

Rusticus, et Juvencus.

VINCLA recuſanti, dedignantique juvenco
  Aſpera mordaci ſubdere colla jugo,
Ruſticus obliqua ſuccidens cornua falce,
  Credidit inſanum defremuiſſe pecus.
Cautus & immenſo cervicem innectit aratro;
  (Namque erat hic cornu promptior atque pede)
Scilicet ut longus prohiberet verbera temo,
  Neve ictus faciles ungula ſæva daret.
Sed poſtquam irato detrectans vincula collo,
  Immeritam vacuo calce fatigat humum:
Continuo everſam pedibus diſpergit arenam,
  Quam ferus in domini ora ſequentis agit.
Tunc ſic informi ſquallentes pulvere crines
  Diſcutiens, imo pectore victus ait;
Nimirum exemplum naturæ deerat iniquæ,
  Qua fieri poſſes cum ratione nocens.

4. DEFREMUISSE. Al. *detumuiſſe*.

5. ARATRO. Ita innectit cervicem aratro, ut ſimul immiſſo temone tranſverſo, pedes in officio contineat.

6. HIC. Canneg. leg. *haud*, ſane elegantius.

9. SED POSTQUAM. Idem leg. *Nequicquam*.

11. EVERSAM. Al. *excuſſam*. Al. *verſam*. Al. & *verſam*. Cum ju-

FAVOLA XXVIII.

IL VILLANO ED IL GIOVENCO.

AD un Giovenco, che ſcoteva il freno,
E ſottopor ſdegnava il collo altero
All' aſpro giogo, un Contadin le corna
Colla falce tagliando il genio inſano
In lui vinto credeva, e cauto il ſtringe
Al vaſto aratro, poichè forza eguale
Non men nel piede, che nel corno avea:
Sì che il lungo timon cozzar gli vieti,
Nè poſſa calcitrar l' unghia inquieta.
Ma poichè dal fier collo il fren crollando
Batte con vani colpi il ſuol non reo,
Senza poſa coi piè ſparge l' arena,
Che indocile travolge in ſu la faccia
Del padron, che lo ſegue. Allor ſcotendo
Il crine per la polve orrido e ſozzo,
Queſti dall' imo ſen accenti elice:
D' indole iniqua ecco l' eſempio alfine,
Che ti rende ingegnoſo ai danni altrui.

veneus neque cornu, neque pede ferire dominum poſſet, commovit arenam in os ejus. Hoc autem eſt ratione & conſilio nocere; quod ſane mirum in boves.

15. INIQUÆ. Iniquus dicitur, quia ingenioſus ad lædendum ſupra naturæ ſuæ vires.

FABULA XXIX.

Satyrus, et Viator.

Horrida congeſtis cum ſtaret bruma pruinis,
  Cunctaque durato ſtringeret arva gelu:
Hæſit in adverſa nimborum mole viator;
  Perdita nam prohibet ſemita ferre gradum.
Hunc nemorum cuſtos fertur miſeratus in antro
  Exceptum Satyrus continuiſſe ſuo.
Quem ſimul adſpiciens ruris miratur alumnus,
  Vimque homini tantam protinus eſſe pavet.
Nam gelidos artus vitæ ut revocaret in uſum,
  Afflatas calido ſolverat ore manus.
Sed cum depulſo cœpiſſet frigore lætus
  Hoſpitis eximia ſedulitate frui:
Namque illi agreſtem cupiens oſtendere vitam,
  Sylvarum referens optima quæque dabat:
Obtulit & calido plenum cratera Lyæo,
  Laxet ut infuſus frigida membra tepor.
Illi ubi ferventem labris contingere teſtam
  Horruit, algenti ſufflat ab ore gelu.
Obſtupuit duplici monſtro perterritus hoſpes,
  Et pulſum ſylvis longius ire jubet.
Nolo, ait, ut noſtri unquam ſucceſſerit antris,
  Tam diverſa duo qui ſimul ore ferat.
Qui bene colloquitur coram, ſed poſtea prave,
  Hic erit inviſus, bina quod ora gerat.

3. Nimborum mole. In nive, quæ ſemitas obruerat.

7. Ruris alumnus. Idem, qui nemorum cuſtos dictus eſt.

Adspiciens. Al. *adſpexit*.

8. Pavet. Al. *ſtupet*.

18. Sufflat gelu. Gelidam facit ſufflando. Al. *rurſus ab ore*.

19. Duplici monstro. Duplici miraculo; quod ſufflando modo calefaceret, modo frigefaceret.

23. Qui bene &c. Sine colore Avieni.

FA-

FAVOLA XXIX.

IL SATIRO, E IL PASSEGGERO.

Mentre ſorgea per le raccolte brine
Orrido il verno, e le campagne intorno
Stringea col duro gelo, il piede arreſta
Il paſſegger tra l' ammontate nevi,
Che il reo ſentier mover gli vieta il paſſo.
E' fama, che de' boſchi il buon cuſtode
Un Satiro pietoſo entro ſue grotte
Lui raccoglieſſe. Ove a lui volſe il ciglio
Il villereccio abitator, lo ammira,
E pare che in uom sì grande forza
S' avvivi in un balen, poichè la vita
Per richiamar nelle gelate membra
Avea ſciolte le man col caldo fiato.
Ma quando cominciò, cacciato il gelo,
A giojr della rara oſpital cura,
Poichè bramoſo di moſtrar i doni
Della campeſtre vita a lui largiva
Il più buon delle ſelve. Anche una tazza
A lui colma recò di caldo vino,
Perchè il tepor le fredde membra allarghi.
Egli ritroſo di toccar col labro
La ciottola affocata, il gelo eſala
Col fiato algente. Sbigottito e ſcoſſo
Fu da ſtupor l' oſpite al doppio evento,
E lunge il caccia dalle ſelve, e dice;
Non vuo' più che s' appreſſi all' antro mio
Chi fa col labro due diſſimil' opre.

Chi pria ben parla, e poſcia i detti inſozza,
D' odio degno ſarà, perchè bilingue.

FABULA XXX.

Rusticus, et Sus.

Vastantem segetes, & pinguia culta ruentem
  Liquerat abscissâ rusticus aure suem,
Ut memor accepti referens monumenta doloris,
  Ulterius teneris parceret ille satis.
Rursus in excepti deprensus crimine campi,
  Perdidit indultæ perfidus auris onus.
Nec mora, prædictæ segeti caput intulit horrens,
  Quo pœna indignum congeminata facit.
Tunc domini captum mensis dedit ille superbis,
  In varias epulas plurima frusta secans.
Sed cum consumpti dominus cor quæreret apri,
  Impatiens fertur quod rapuisse cocus;
Rusticus hoc justam verba compescuit iram,
  Affirmans stultum non habuisse suem.
Nam cur membrorum demens in damna redisset,
  Ut toties uno posset ab hoste capi?
Hæc illos præcepta monent, qui sæpius ausi,
  Nunquam peccatis abstinuere manus.

1. Ruentem, Fruentem.
5. Crimine. Al. gramine,
6. Indultæ. Perdidit alteram autem, quam illi rusticus indulserat.
7. Prædictæ. Non placet. Libenter reponerem *his vetitæ*.
8. Quo pœna &c. Quo capite indignum esse declarat pœna bis ante

FAVOLA XXX.

IL VILLANO ED IL CINGHIALE.

Ad un Cinghiale, che le biade, e i campi
Devasta, e schianta, un Contadin l'orecchio
Avea reciso, affinchè l'orma impressa
Del suo dolor l'avvisi a dar perdono
Ai tenerelli semi. Ancor sorpreso
Nel fallo stesso del predato campo
Perdè dell' altro orecchio il dolce peso.
Pur tosto appresentò l'orrido ceffo
Al vietato terren, onde più 'l rende
La raddoppiata pena indegno, e reo.
Allor lui preso, e ripartito in brani
Offrì del suo signor al lauto desco;
Ma cercando il padron il cor del porco,
Dai servi il cuoco rapitor s'accusa.
Allora il giusto sdegno il buon Villano
Temprò dicendo, che Cignal sì stolto
Non l'ebbe mai, mentre piagato e mozzo
Perchè saria tornato, affin che fosse
Tante volte la preda a un sol nemico.

Ecco lo specchio a quei, che spesso arditi
Non mai frenan le man dai falli iniqui.

inflicta.

13. IRAM. Domini in cocum.

15. DEMENS. Al. *toties*, idest ab eodem venatore ter.

16. UT TOTIES UNO. Al. *atque uno toties*.

17. HÆC ILLOS &c. Infra Avieni ingenium, non tamen recens.

FABULA XXXI.

Mus, et Bos.

INGENTEM fertur mus quondam parvus oberrans
 Ausus ab exiguo lædere dente bovem.
Verum ubi mordaci confecit vulnera rostro,
 Tutus in anfractus conditur inde suos.
Ille licet vasta torvum cervice minetur,
 Non tamen iratus, quem petat, esse videt.
Tunc indignantem justo sermone fatigans
 Distulit hostiles calliditate minas:
Non quia magna tibi tribuerunt membra parentes,
 Viribus effectum constituere tuis.
Disce tamen brevibus quæ sit fiducia monstris,
 Et facies, quidquid parvula turba cupit.

2. AB EXIGUO. Præpositio *ab* sustinetur Poetica licentia.

3. ROSTRO. Traducitur hæc vox etiam ad mures, quia rodunt.

7. TUNC INDIGNANTEM. Al. *hunc*. JUSTO Al. *tali*.

8 DISTULIT. Disjecit, irritas fecit.

FABULA XXXII.

Rusticus, et Hercules.

HÆRENTEM luteo sub gurgite rusticus axem
 Liquerat, & nexos ad juga tarda boves.
Frustra compositis confidens Numina votis
 Ferre suis rebus, cum resideret, opem.
Cui victor summis Tirynthius infit ab astris:
 (Nam vocat hunc supplex in sua vota Deum)

FAVOLA XXXI.

IL TOPO ED IL BUE.

INTORNO vagolando un picciol Topo
Osò offender col dente un Toro immane;
Quando col morso la ferita infisse,
Nelle latebre sue s' appiatta illeso.
Questo sebbene colla torva fronte
Minacci in torvo aspetto, alcun non vede,
Che sia segno al furore. Il Topo allora
Con saggio ragionar l' ira stancando
Astuto rattemprò l' ostil minaccia,
Non perchè il padre ti diè vasto corpo,
Rese l' effetto alle tue forze eguale.
Impara qual fidanza ân picciol mostri,
E fa del debil stuol pago il desio.

10. EFFECTUM. Datæ sunt tibi vires, sed non omnia efficiuntur viribus.

11. DISCE TAMEN &c. Præter Aviani mentem, & præter fidem.

FAVOLA XXXII.

IL VILLANO ED ERCOLE.

ENTRO fangoso stagno il carro infisso
Lasciò un Villano, ed allacciati i buoi
Al tardo giogo invan sperando aita
Dagli Dei, che invocava inerte e pigro;
A cui dal Cielo il vincitor Alcide
Così parlò, poichè tal Nume invoca,

Perge laborantes ſtimulis agitare juvencos,
Et manibus pigras diſce juvare rotas.
Tunc quoque congreſſus, majoraque viribus auſus,
Fac Superos animis conciliare tuis.
Diſce tamen pigris non flecti Numina votis,
Præſenteſque adhibe, cum facis ipſe, Deos.

2. JUGA TARDA. Al. *juga curva*.
3. COMPOSITIS. Al leg. *diſpoſitis*, ideſt per templa collocatis.
4. CUM RESIDERET. Dum ipſe interim ſederet nihil agens.
5. VICTOR. Vulgo leg. *rector*. Sed *victor*, ut recte obſervavit Cannegieter, & monet Servius ad Virgil. Æn. 4. 203 eſt perpetuum Herculis epithetum.
6. HUNC VOCAT. Tum quod Hercules magnos conatus adjuvat, tum

FABULA XXXIII.

ANSER, ET RUSTICUS.

ANSER erat cuidam pretioſo germine fœta,
Ovaque quæ nidis aurea ſæpe daret.
Dixerat hanc volucri legem natura ſuperbæ,
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus cupidum ſperans vaneſcere votum,
Non tulit exoſas in ſua lucra moras,
Grande ratus pretium volucris de morte referre,
Qui tam continuo munere dives erat.
Poſtquam nuda minax egit per viſcera ferrum,
Et vacuam ſolitis fœtibus eſſe videt:
Ingemuit tantæ deceptus crimine fraudis,
Nam pœnam meritis rettulit inde ſuis.
Sic qui cuncta Deos uno male tempore poſcunt,
Juſtius his etiam vota diurna negant.

3. DIXERAT. Al. *fixerat*. Al. *fecerat*. Ditiſſima hæc volucris cogebatur lege naturæ unum tantum ovum in ſingulos dies parere.
5. SPERANS VANESCERE. Sperans, ſe poſſe reddere vanum avaræ naturæ votum, noluit ferre moras iſtas.
7. RATUS. Putans in ventre an-

Su via t'adopra a risvegliar col sprone
I già stanchi giovenchi, e colla mano
Agevola le rote. Allora accinto
Ad opra, oltre tue forze i Numi induci
A secondar cortesi i voti tuoi.
Impara, che i codardi il Ciel non ode,
E spera, se t'adopri, i Dei cortesi.

quod res rusticæ in ejus tutela sunt, viæ vero præsertim.

8. JUVARE. Al. *movere*.

9. CONGRESSUS. Conatus & ausus supra vires, Diis juvantibus.

TUNC QUOQUE. Particula *quoque* vacat. Fortasse legendum, *Tunc te*; & si placet particulam retinere, leg. *Te quoque*.

11. DISCE TAMEN &c. Non inelegans, si demas particulam *tamen*. Sed certe aliunde petitum.

FAVOLA XXXIII.

L'OCA ED IL VILLANO.

NON so qual uom da prezioso germe
Avea un papero nato, e che sovente
Gli rendea l'ova d'oro. Or questa legge
Al baldo augello la Natura avara
Avea prescritto, che recar i doni
A due non debba. Ma il padron sperando
Di far vana la legge al suo guadagno
Non sofferse l'indugio, un gran tesoro
Raccor credendo da sua morte. Il ferro
Poichè gli fisse minaccioso in seno,
E de' parti primier vuoto lo vede,
Dal grave error ne sospirò sorpreso,
Poichè ha la pena a merti suoi conforme.
Così chi tutto chiede in un sol tempo
Ha ne' diurni voti il Ciel ritroso.

seris magnum quendam latere ovorum thesaurum, eam occidit: sed nihil invenit.

9. NUDA. Nullo auro convestita.

12. INDE. Al. *Ille*.

13. SIC QUI &c. Facessat alio.

FABULA XXXIV.

Formica, ed Cicada.

QUISQUIS torpentem paſſus tranſire juventam,
Non timuit vitæ providus ante ſuæ;
Conjectus ſenio, poſtquam gravis adfuit ætas,
Heu, fruſtra alterius ſæpe rogavit opem.
Solibus ereptos hyemi formica labores
Diſtulit; & brevibus condidit ante cavis.
Verum ubi candentes ſuſcepit terra pruinas,
Arvaque ſub rigido delituere gelu,
Pigra nimis tantos non æquans corpore nimbos,
In propriis laribus humida grana legit.
Decolor hanc precibus ſupplex alimenta rogabat,
Quæ quondam querulo ruperat arva ſono.
Se quoque maturas cum tunderet area meſſes,
Cantibus æſtivos explicuiſſe dies.
Parvula tunc ridens ſic eſt affata cicadam:
(Nam vitam pariter continuare ſolent)
Mî quoniam ſummo ſubſtantia parta labore eſt,
Frigoribus mediis otia longa traho.
At tibi ſaltandi nunc ultima tempora reſtant,
Cantibus eſt quoniam vita peracta prior.

1. TRANSIRE. Al. *tranſiſſe*.
2. TIMUIT. Providit; quia timor cautos facit.
4. ROGAVIT. Al. *rogabit*.
5. EREPTOS. Res labore quæſitas, & ereptas æſtati. Al. *obreptans* h. e. reptans huc atque illuc, cum eſſent ſoles.
6. DISTULIT HYEMI. Repoſuit in hiemem.

FAVOLA XXXIV.

LA FORMICA E LA CICALA.

Chi già menò la giovinezza inerte,
Non fu negli anni suoi provvido e saggio;
Da vecchiezza abbattuto, allor che venne
La grave etade, ahi spesse volte invano
L'aita altrui chiedette. Una Formica
Dei caldi dì le faticose prede
Serbò pe'l verno, e nelle anguste grotte
Chiuse dapprima. Allor che il suolo accoglie
Le bianche brine, e son sepolti i campi
Sotto l'algente gelo, ai gravi nembi
Non atta, e pigra entro suoi lari aduna
L' umido grano. A lei con voti e preghi
Quella il cibo chiedea squallida e sozza,
Che già i campi assordò col rauco suono,
Mentre ella pur, quando battuta e trita
Era la messe, ricercò col canto
L'estivo ardor. La piccioletta allora
Alla Cicala sì parlò ridendo,
Poichè traggon sotterra i giorni insieme:
Io perchè mi acquistai con gran fatica
Opportuni alimenti, in mezzo al verno
Traggo placidi i dì; ma il tempo estremo
E' questo pe' tuoi salti, a cui tra' canti
Piacque dapprima trar l' inutil vita.

8. Delituere. Al. *deriguere*.
10. Humida. Quia sub terra.
11. Decolor. Cicada deformis macie. Al. *Discolor*.
13. Se quoque. Memorat sedulitatem canendi suam.
14. Explicuisse. Levasse labores dierum.
16. Continuare. V. Fab. xxx.

FABULA XXXV.

Simia, et Gnati.

Fama est, quod geminum profundens simia partum
  Dividit in varias pignora nata vices,
Namque unum caro genitrix educit amore,
  Alterius odiis exsaturata tumet.
Cœperit ut fœtam gravior terrere tumultus,
  Dissimili gnatos conditione rapit.
Dilectum manibus, vel pectore gestat amico,
  Contemtum dorso suscipiente levat.
Sed cum lassatis nequeat consistere plantis,
  Oppositum fugiens sponte relinquit onus.
Alter at hirsuto circumdans brachia collo
  Hæret, & invita cum genitrice fugit.
Mox quoque dilecti succedit in oscula fratris
  Servatus, vetulis unicus hæres avis.
Sic multos neglecta juvant, atque ordine verso
  Spes humiles rursus in meliora refert.

2. Nata. Al. *cara*. Al. *bina*.

3. Educit. Educat amans, alterum odit.

5. Fœtam. Quandiu lactat, dicitur fœta.

10. Oppositum. Lassata cursu, impositum dorso retinet vel invita: oppositum, quem pectore gerit, spon-



FAVOLA XXXV.

LA SCIMIA E I FIGLI.

E' FAMA, che la Scimia un doppio parto
Mandando a luce in più volte deponga
I nati pegni, poichè d' un si sgrava
Per caro affetto, e di furor accesa
Si rigonfia per l' altro. Allor che prese
A paventar grave trambusto, i Figli
Con destin disugual afferra. In seno,
O tra le mani il caro pegno astringe,
Il negletto si reca in su le spalle.
Ma quando più non regge il stanco piede,
Fuggitiva depone il peso opposto;
Ma l' altro colle braccia al collo irsuto
Le s' aggavigna, e la ritrosa madre
Accompagna fuggendo. Indi sottentra
Ai dolci baci del germano amato
Degli avoli vetusti unico erede.

te rejicit.
RELINQUIT. Al. *remittit*.
13. IN OSCULA. Mater incipit diligere & osculari, quem oderat.
15. SIC MULTOS &c. Vix ferendum sub Avieni nomine.



FABULA XXXVI.

Vitulus, et Bos.

Pulcher & intacta vitulus cervice reſultans
  Scindentem aſſidue viderat arva bovem.
Nec pudet, heus inquit, longævo vincula collo
  Ferre, nec expoſitis otia noſſe jugis?
Cum mihi ſubjectas pateat diſcurſus in herbas,
  Et nemorum liceat rurſus opaca ſequi.
At ſenior, nullam verbis compulſus in iram,
  Vertebat ſolitam vomere feſſus humum.
Donec depoſito per prata liceret aratro
  Molliter herboſo procubuiſſe toro.
Mox vitulum ſacris innexum reſpicit aris
  Admotum cultro cominus ire popæ.
Hanc tibi triſtis, ait, dedit indulgentia mortem,
  Expertem noſtri quæ facit eſſe jugi.
Proderit ergo graves quamvis perferre labores,
  Otia quam tenerum mox peritura pati.
Eſt hominum ſors iſta, magis felicibus ut mors
  Sit cita: cum miſeros vita diurna tegat.

1. Intacta. Non tacta jugo.
4. Expositis. Hoc eſt depoſitis.
8. Solitam. Al. *ſolidam.*
12. Admotum. Al. *admote.*

FAVOLA XXXVI.

IL VITELLO E IL BUE.

Un leggiadro Vitello, ed orgoglioso
Per la fronte non doma un Bue già vide
Fender ognora il suolo: olà, gli disse,
Non ti vergogni coll' antica fronte
Portar il freno, nè mai scosso il giogo
Goder la pace, mentre ai boschi opachi
Tornar io posso, e sciorinar per l' erbe?
Ma non mai punto d' ira ai detti il vecchio
Stanco volgea col curvo dente i solchi,
Finchè, posto l' aratro, a lui pei prati
Lice sdrajarsi su l' erboso suolo.
Poco dopo il Torello avvinto ei mira
Ai sacri altari, ed al coltel vicino
Andar sotto il Ministro. Or questa morte
Ti diè, gli disse, una pietà crudele,
La qual del giogo mio scarco ti rese.
Più gioverà soffrir fatiche e stenti,
Che nell' ozio languir caduco e molle.
Tal dell' uomo è il destin, che i più felici
La morte incalza, e tardi il miser coglie.

POPÆ. Reposuit ex Cannegietero. Vulgo leg. *prope.*

14. PRODERIT &c. Tetrastichon Apolline nullo.

FABULA XXXVII.

Canis, et Leo.

Pinguior exhausto canis occurrisse leoni
  Fertur, & insertis verba dedisse jocis.
Nonne vides, duplici tendantur ut ilia tergo,
  Luxurietque toris nobile pectus? ait.
Proximus humanis duco piger otia mensis,
  Communem capiens largius ore cibum.
Sed quid crassa (malum) circumdat guttura ferrum?
  Ne custodita fas sit abire domo.
At tu magna diu moribundus lustra pererras,
  Donec de sylvis obvia præda ferat.
Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,
  Dum liceat faciles promeruisse dapes.
Protinus ille gravem gemitu collectus in iram,
  Atque ferox animi, nobile murmur agit.
Vade, ait, & meritis nodum cervicibus infer,
  Compensentque tuam vincula dura famem.
At mea cum vacuis libertas redditur antris,
  Quamvis jejunus, quælibet arva peto.
Has illis epulas potius laudare memento,
  Qui libertatem postposuere gulæ.

2. Verba dedisse. Illusisse. V. Phædrum lib. 3. Fab. 7.
3. Duplici. Lato, obeso.
5. Piger. Ita, reposui ex Cannegietero. Vulgo leg. *ducor post.*
6. Communem. Laudat fortunam suam, quasi communi cum homine fruentem mensa.

FAVOLA XXXVII.

IL CANE ED IL LIONE.

E' FAMA, che s' offrisse un pingue Cane
Ad un scarmo Lion, e tra gli scherzi
Questi accenti sciogliesse: E tu non vedi
Come la pancia è tesa, e liscio il tergo,
E quale pompa di velloso manto
Fa 'l nobil petto? Io traggo cheti i giorni
Al lauto desco de' mortali empiendo
De' lor cibi le canne. A che, risponde,
Ti circonda la gola un ferreo nodo?
Perchè non rechi fuor di casa il piede,
Cui difender degg' io. Ma tu t' aggiri
Uno spettro di vita entro i gran boschi,
Finchè s' offra la preda. Al mio guinzaglio
Dunque t' affretta a sottoporre il collo,
Perchè tu pur agevol posto acquisti.
Ei tosto raccogliendo sospiroso
L' alto furor ferocemente altero
Mormora un nobil suon: Va pur, codardo,
E stendi il collo al degno giogo, e renda
Compenso il duro ferro alla tua fame.
Ma di mia libertà lieto tra i boschi
Vado digiuno, ove il capriccio impera.
Piuttosto queste mense a quelli esalta,
Cui della libertà più cal la gola.

7. SED QUID. Rogat leo, quid significet ferrea catena. Altero carmine respondet Canis.

17. VACUIS. Carentibus præda, sed tamen liberis.

FABULA XXXVIII.

PISCIS FLUVIATILIS ET MARINUS.

DULCIBUS e ſtagnis fluvio torrente coactus
 Æquoreas præceps piſcis obibat aquas.
Illic ſquamigerum deſpectans improbus agmen,
 Eximium ſeſe nobilitate refert.
Non tulit exemplum patrio ſub gurgite phoca,
 Verbaque cum ſalibus aſperiora dedit.
Vana laboratis aufer mendacia dictis,
 Quæque refutari te quoque teſte valent.
Nam quis erit potior, populo ſpectante, probabo,
 Si pariter captos humida lina trahant.
Tunc me nobilior magno mercabitur auro:
 Te ſimul ære brævi debile vulgus emet.
Quiſquis ab externis nuper devenerit oris,
 Non decet indignis ut velit eſſe prior.

3. DESPECTANS. Deorſum aſpiciens & contemnens.

5. SUB GURGITE. Al. *de gurgite*.

9. QUIS ERIT. Uter ſit. Notanda



FAVOLA XXXVIII.

IL PESCE DI FIUME E DI MARE.

Fuor dei dolci suoi stagni un pesce tratto
Da correnzia di fiume errava intorno
Precipitoso alle marine sponde;
Colà mirando lo squamoso gregge
Il cattivel per lo splendor si vanta
Di nobil stirpe. Entro i paterni gorghi
Nol sofferse una Foca, e gli rispose
Parole miste di pungenti sali.
Il vano ammanto di menzogna invola
Agli artefatti detti, e cui tu stesso
Veder vani potrai co' lumi tuoi;
Poichè ben mostrerò chi sia più chiaro
Al popol spettator, se noi la rete
Insieme allacci. Allor le mense illustri
Me compreranno con grand' oro, e appena
Te comprerà con vil bajocchi il Volgo.
Chi da straniere spiagge ospite viene,
Mal brama esser primier tra 'l stuolo indegno.

constructio.

SPECTANTE. Populo teste.

23. QUISQUIS &c. Macie laborat.



FABULA XXXIX.

Miles, et Lituus.

Voverat attritus quondam per prælia miles
  Omnia ſuppoſitis ignibus arma dare:
Vel quæ victori moriens ſibi turba dediſſet,
  Vel quidquid profugo poſſet ab hoſte capi.
Interea votis ſors adfuit, & memor arma
  Cœperat accenſo ſingula ferre rogo.
Tunc lituus rauco defendens murmure culpam,
  Immeritum flammis ſe docet eſſe prius.
Nulla tuos, inquit, petierunt tela lacertos,
  Viribus affirmes quæ tamen acta meis.
Sed tantum ventis & cantibus arma coëgi,
  Hæc quoque ſubmiſſo teſtor & aſtra ſono.
Ille reſultantem flammis crepitantibus addens,
  Nunc te major, ait, pœna, dolorque rapit.
Nam licet ipſe nihil poſſis tentare nec auſus,
  Sævior hoc, alios quod facis ipſe malos.

1. Attritus. Multorum ſtipendiorum miles.

3. Moriens. Vel erepta hoſti morienti, vel relicta fugienti.

5. Sors adfuit. Ut liberaretur a militia, & votum ſolvere poſſet,

7. Defendens. Amoliebatur a ſe culpam. Al. *deflectens*.

8. Immeritum &c. Totum hoc carmen vel ſanum non eſt, vel ſane miſerum.

12. Hæc quoque. Vocat in te-



FAVOLA XXXIX.

IL SOLDATO ED IL FLAUTO.

Logoro dalle guerre un dì fea voto
Vecchio Soldato d' arder l' armi tutte,
E quelle, che gli diede il volgo esangue,
E quelle, che al fugace oste rapio.
I voti secondò la sorte intanto,
E già comincia sull' acceso rogo
A portar l' armi. Allor con rauco squillo
Schermo facendo alla sua colpa un Flauto,
Mostra che male lui condanna al fuoco.
Non dardo alcun, dicea, piagò tue braccia,
Che pur scagliato da mia mano affermi;
Ma coll' aura, e col canto io sol raccolsi
L' armi, e i guerrieri: io ciò pel Ciel ti giuro
Con umil suono. Ei lui ritroso allora
Gittando in preda alle stridenti fiamme:
Or hai, disse, maggior la pena, e il duolo,
Poichè sebben nulla tu tenti, ed osi,
Sei più reo, perchè gli altri al male irriti.

stimonium arma ipsa & astra.

12. SUBMISSO. Humili & tremebundo.

13. RESULTANTEM. Al. *reluctantem*. Al. *resistentem*.

14. RAPIT. Libenter legerem *manet*, h. e. debetur tibi &c.

16. SEVIOR HOC. Hoc ipso sæviores, quod alios ad prælia excitas.



FABULA XL.

PARDUS, ET VULPES.

Distinctus maculis & pulcro pectore pardus
Inter consimiles ibat in arva feras.
Sed quia nulla graves variarent terga leones,
Protinus his miserum credidit esse genus.
Cætera sordenti damnans animalia vultu,
Solus in exemplum nobilitatis erat.
Hunc arguta novo gaudentem vulpes amictu
Corripit, & vanas approbat esse notas.
Vade, ait, & pictæ nimium confide figuræ,
Dum mihi consilium pulcrius esse queat.
Miremurque magis, quos munera mentis adornant,
Quam qui corporeis enituere bonis.

2. Ibat in arva. Al. *respuit ire*.
3. Sed quia. Al. *& quod*.
Variarent. Al. *variarunt*. Al. *varientur*. Pardus enim maculosus est, non item leo, quamvis cætera præstet.
5. Sordenti. Cui sordent.
7. Novo. Pro egregio & superbo posuit.
8. Approbat. Al. *comprobat*.



FAVOLA XL.

IL PARDO E LA VOLPE.

Leggiadramente variegato un Pardo
A sollazzarsi col compagno stuolo
Pe' campi se ne gia. Ma perchè pinti
Non erano di macchie anco i Lioni,
Di stirpe gli credea misera e vile,
E di sua nobiltà fea solo specchio
Credendo tutti gli animai deformi.
Ma lui fastoso pel novello vanto
Una Volpe rampogna, e di sue macchie
Vano il pregio dimostra: Or va, gli disse,
E ti confida nel tuo pinto aspetto,
Mentre più bel consiglio in me risplende.
Più quel s'ammiri, cui bell'alma adorna,
Che chi risplende per beltà di spoglia.

9. Vade, ait. Al. *atque ait*, & *picta*.

Figuræ. Ex Cannegiet. Sumsit enim Avienus hemistichion ex Ovidio de Art. 2. 141. Vulgo leg. *juventa*.

10. Consilium. Nam vulpes valet astutia.

11. Miremurque &c. Distichon deterius.



FABULA XLI.

Nimbus, et Testa.

Impulsus ventis, & pressa nube coactus,
  Ruperat hybernis se gravis imber aquis.
Cumque per effusas stagnaret turbine terras,
  Expositum campis fictile pressit opus
(Mobile namque lutum tepidus prius instruit aër,
  Discat ut admoto rectius igne coqui).
Tunc nimbus fragilis perquirit nomina testæ.
  Immemor illa sui, Amphora dicor, ait.
Et me docta manus rapiente volumina gyro
  Molliter obliquum jussit habere latus.
Hactenus hac, inquit, liceat constare figura:
  Jam te subjectam diluet imber aquis.
Et simul accepto violentius amne satiscens,
  Pronior, in tenues victa cucurrit aquas.
Infelix, quæ magna sibi cognomina sumens
  Ausa pharetratis nubibus ista loqui.
Hæc poterunt miseros post hæc exempla monere,
  Subdita nobilibus ut sua fata gemant.

1. Pressa. Concretæ nubes largiorem imbrem fundunt.

3. Effusas turbine terras. Pro *effuso turbine terris*. Cannegieter ingeniose mutat, *effusas regnaret turbine terras*.

4. Pressit. Oppressit.

8. Amphora. Nomen honoratissimum & princeps inter vasa fictilia.

9. Et me. Al. *nam me*. Al. *nunc me*.

10. Molliter obliquum. Quia tumescit amphoræ venter. Nisi hoc

FAVOLA XLI.

IL NEMBO, E LA CIOTTOLA.

Spinto dai venti, e dalle dense nubi
Ristretto un Nembo s'era sciolto in acqua;
Ed allagando turbinoso il suolo
Una Ciottola oppresse. Il caldo soffio
Dapprima apparecchiò la mobil creta,
Perchè nel fuoco a rassodarsi impari.
Allor del fragil Ciottolone il nome
Ricerca il Nembo. Egli obblioso disse,
Tazza mi chiamo, e me la esperta mano
Torcendo in giro rigonfiò nel fianco.
Finor, rispose, avesti questa forma;
Or te la piena ravvolgendo asterga;
E insiem raccolto il vorticoso fiume
Aperta e prona s' aggirò dispersa
Pei picciol flutti, sventurata e folle,
Che gran nome prendendo osò tai detti
Scioglier altera ai faretrati Nembi.
Sia questo evento ai poverelli esempio,
Perchè geman soggetti ai ricchi illustri.

ad ansas referendum est.

11. HACTENUS. Usque ad hoc tempus, inquit nimbus, &c.

12. JAM. Al. *nam*. Fortasse *nunc*.

14. VICTA. Soluta imbre. Al. *ficta*.

16. NUBILUS. Quas *pharetratas* vocat a motu, quo accumulari imbres solent, impulsu ventorum acti. Al. *imbribus*.

17. HÆC POTERUNT &c. Musis parum propitiis.

FABULA XLII.

Lupus, et Hoedus.

Forte lupum melior cursu deluserat hœdus;
  Proxima vicinis dum terit arva casis.
Inde fugam recto tendens in mœnia cursu,
  Inter lanigeros adstitit ille greges.
Impiger hunc raptor mediamque secutus in urbem,
  Tentat compositis sollicitare dolis.
Nonne vides, inquit, cunctis ut victima templis
  Immerita pecudum morte cruentet humum?
Quod nisi securo valeas te reddere campo,
  Heu mihi, vittata tu quoque frontes cades.
Ille refert: modo, quam metuis, precor, exue curam;
  Et tecum viles, improbe, tolle minas.
Nam sat erit sacrum Divis fudisse cruorem,
  Quam rabidi fauces exsaturare lupi.
Sic quoties duplici subduntur tristia casu,
  Expedit insignem promeruisse necem.

2. Terit. Pascitur in arvis, quæ casis & mœnibus proxima sunt; idcirco potuit brevi cursu superare lupum. Porro *terit* est ex Canneg. Nam vulgo leg. *petit*.

5. Impiger. Al. *impius*. Rectius Neveletus conjicit legi posse *imminet huic raptor*.

9. Valeas. Melius *properes* ex Canneg.

10. Vittata. Vittis cincta.

12. Tecum tolle. Tolle, & tibi

FAVOLA XLII.

IL LUPO E IL CAPRO.

UN veloce Capretto avea nel corso
Già vinto un Lupo, mentre pasce i campi
Presso delle capanne. Indi fuggendo
Per retto calle alla città s' avvolge
Infra 'l lanuto gregge. Entro le mura
Lui frettoloso il rapitor seguendo
Si sforza lusingar con finti inganni.
Non vedi, disse, come in tutti i templi
Le vittime infelici il suol sanguigno
Fan colla morte d' innocente armento?
Che se non torni a' tuoi sicuri campi,
Ahi! tu pure cadrai di bende avvinto.
Egli risponde: l' affannosa cura
Svesti, ti prego, e le minacce indegne
Teco riporta, o scellerato. Assai
Più gioverà che il sangue io versi ai Numi,
Che a Lupo ingordo saziar le canne.
Così quando c' incalza un doppio fato,
Più giova meritar illustre morte.

habe.

13. NAM SAT ERIT. Intellige particulam comparationis, quæ interdum subticetur. Sed alii leg. *Nam satius*. Al. *Namque malo*.

14. RABIDI LUPI. Al. *rabido lupo*.

15. SIC QUOTIES &c. Clausula, ut superiores, inconcinne expressa, & Avieno afficta.

M. AURELII OLIMPII NEMESIANI
POETÆ CARTHAGINENSIS
CYNEGETICON
SIVE DE VENATIONE.

PHÆDRI ET AVIANI
FABULÆ.

ACCEDUNT

M. AUR. OLYMP. NEMESIANI

CYNEGETICON ET BUCOLICON,

ITEMQUE


GRATII FALISCI

CYNEGETICON ET HALIEUTICA.

CUM APPOSITIS

ITALICO CARMINE

INTERPRETATIONIBUS, AC NOTIS.



MEDIOLANI. MDCCLXXXV.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.

SUPERIORUM PERMISSU.

AD CARMINA

M. AURELII OLIMPII NEMESIANI

PRÆFATIO.

POETAM, Lector benevole, nunc exhibemus, qui tertio sæculo, inclinantibus jam litteris, olet tamen Poëseos saporem, ac dignitatem tuetur. Hic est M. Aurelius Olympius Nemesianus Carthaginensis, cujus *Cynegeticon*, sive carmen de Aucupio, & quatuor Eclogas impræsens edimus. Auctorem satis tibi commendant encomia, quæ ipsi tribuunt litteratissimi homines, ac sanioris Criticæ lumina, inter quos duo sufficiunt luculentissima testimonia, videlicet Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, atque Hypercriticus Julius Cæsar Scaliger. Primus inquit in libro adversus Hincmarum Laudunensem.

Aliter respondere non potui, nisi ut venatores feræ lustra sequentes agere, auditu & lectione puer scholarius in libro, qui inscribitur Cynegeticon, *Carthaginensis Aurelii didici &c.*

Alter vero ait Cap. VII in limine secundæ, & vere aureæ ætatis Poëtarum.

Cum duo elegantes Poëtæ venationis præcepta poëmate tractarint, Gratius & Nemesianus, alter alterius aut lima aut censor esse poterit. Igitur Nemesiani stilus candidus, nec vulgare sonans. Præterea sylvæ proprior, atque effusus.

A veteri etiam historia Poëta noster maxime celebratur. En quid testatur Flavius Vopiscus:

Versu talis fuisse prædicatur Numerianus, ut omnes Poëtas sui temporis vicerit; nam & cum Olympio Nemesiano contendit, qui scripsit, quique omnibus Coloniis emicuit.

Desunt vero monumenta, quæ ad Poëtæ vitam pertinent, quod temporum calamitati tribuendum videtur, ac patriæ potissimum tam dissitæ (*). Ab ipso tamen colligimus, eum Cæsarum patrocinio inhiasse, ac Romam se se conferendi desiderio flagravisse. Idcirco Aucupii Poëma Antonini Cari liberis dicavit; sed patre demortuo, ac imperante Diocletiano, spes omnis evanuit. Summam denique meretur laudem Nemesianus, quod ætate barbara, ac rudi, candido stilo scripserit, ac nobili, quod præstitit illustrium Poëtarum sibi propositis exemplaribus, Virgilii præsertim; atque ita Posteris viam aperuit emergendi e tenebris, si ingruunt, & perditorum temporum præjudiciis.

Ob uberiorem lucem addidimus brevia de more commenta ex illustrioribus Interpretibus decerpta. Excipe lætabundus laborem, ac tibi persuadeas, plurimi nos interesse tum sapientum desiderio satisfacere, tum Litterarum utilitati consulere.

(*) Tunc temporis a litteratorum commercio.

P R E F A Z I O N E
A NEMESIANO.

Ecco, cortese Leggitore, un Poeta, il quale nel terzo secolo, decadendo la Letteratura, conserva nondimeno il buon gusto della Poesia, e la dignità ne sostiene. Egli è questo M. Aurelio Olimpio Nemesiano Cartaginese, di cui al presente diamo alla luce il Cynegeticon, *ovvero il Poema sulla Caccia, e quattro Egloghe. Assai vien l'Autore raccomandato dagli encomj, che a lui danno gli uomini più letterati, e i luminari della Critica più giusta, tra i quali ci bastano due chiarissimi testimonj, cioè Incmaro Arcivescovo di Rems, e l' Ipercritico Giulio Cesare Scaligero. Il primo dice nel libro contro Incmaro di Laon:*

Non altrimenti ho potuto rispondere, che in quella guisa nelle Scuole ho appreso giovinetto dal Libro, che s' intitola *Cynegeticon* del Cartaginese Aurelio, coll' ascoltare, e col leggere, contenersi i cacciatori rintracciando le spelonche delle fiere.

L' altro asserisce nel Cap. VII sul fine della seconda età veramente d' oro de' Poeti :

Avendo i due eleganti Poeti, Grazio e Nemesiano, trattato con poema de' precetti della Caccia, uno dell' altro esser potrà o lima, o censore. Adunque lo stile di Nemesiano egli è candido, nè di volgar suono: inoltre più vicino al selvaggio argomento, e scorrevole.

La Storia antica fa pur chiara menzione del nostro Poeta. Ecco la testimonianza di Flavio Vopisco:

Tale si celebra essere stato Numeriano, che superò tutti i Poeti del suo tempo. Imperocchè gareggiò con Olimpio Nemesiano, il quale scrisse, e nelle Colonie tutte risplendette.

Ci mancano però i monumenti, che risguardano la vita del Poeta, il che par si debba attribuire alla disgrazia de' tempi, e singolarmente alla Patria tanto segregata dal commercio de' Letterati. Cionnondimeno da lui si raccoglie, come aspirasse a gioire della protezione de' Cesari, e fosse acceso della brama di recarsi a Roma. Pertanto dedicò il suo Poema sulla Caccia ai figli di Antonino Caro; ma essendo morto il loro genitore, e regnando Diocleziano, dileguossi ogni speranza. Finalmente si merita altissima lode Nemesiano, perchè in una età barbara e rozza egli scrisse con stile candido, e nobile: il che conseguì coll' esame degli esemplari de' Poeti più illustri, singolarmente di Virgilio; ed in tal guisa additò ai Posteri la strada di risorgere dalle tenebre, se si addensano, e dai pregiudizj de' tempi rovinosi.

Per rischiarimento abbiamo aggiunto, secondo il costume, delle brevi annotazioni estratte dagli Interpreti più chiari. Aggradisci la fatica, e ti persuadi, che assaissimo c' importa il soddisfare al desiderio de' Saggi non meno, che provvedere alla utilità della Letteratura.

IL CYNEGETICON
OVVERO LA CACCIA
DI M. AURELIO OLIMPIO NEMESIANO
POETA CARTAGÍNESE.

M. AURELII OLYMPII NEMESIANI

POETÆ CARTHAGINENSIS

CYNEGETICON
SIVE DE VENATIONE

LIBER I.

VENANDI cano mille vias; hilaresque labores,
Discursusque citos, securi prælia ruris
Pandimus *. Aonio jam nunc mihi pectus ab œstro
Æstuat. Ingentes Helicon jubet ire per agros,
Castaliusque mihi nova pocula fontis alunno
Ingerit, & late campos metatur apertos:
Imponitque jugum vati, retinetque corymbis
Implicitum, ducitque per avia, qua sola nunquam
Trita rotis *. Juvat aurato procedere curru,
Et parere Deo: virides en ire per herbas
Imperat: intacto premimus vestigia musco.
Et quamvis cursus se ostendat tramite noto;
Obvia Calliope, facies insistere prato
Complacito, rudibus qua luceat orbita sulcis.
Nam quis non Nioben numeroso funere mœstam
Jam cecinit? Quis non Semelen, ignemque jugalem,
Letalemque simul, novit de pellicis astu?
Quis magno recreata tacet cunabula Baccho?
Ut pater omnipotens maternos reddere menses

15. *Nam quis non Nioben.* De Niobe nota fabula ex Ovidio, Higyno, & aliis. Meminit ejus per transcursum Callimachus in Hymno Apollini dicto. De ipsius Filiorum numero non convenit inter omnes. Vide Agellium lib. XX cap. VI.

17. *Novit de pellicis astu.* Improprie nunc *pellicem* Junonem vocat, cum potius ipsa Niobe eo nomine appellari mereatur.

IL CYNEGETICON
OVVERO LA CACCIA
DI M. AURELIO OLIMPIO NEMESIANO
POETA CARTAGINESE

LIB. I.

Di Caccia i varj modi, e i lieti affanni,
E le veloci scorribande io canto,
Non perigliose villerecce pugne;
E già fin d' or d' estro mi ferve il petto.
Elicona m' astringe andar errante
Pe' vasti campi, ed il Castalio fonte
Mi versa onde novelle, e m' apre intorno
L' aprico suolo, e il giogo al vate impone,
E di corimbi avvinto il frena, e guida.
Per erte strade, ove il terreno impresso
Non fu giammai da rote. Andar mi giova
Sull' aureo cocchio, e secondar il Nume:
Scorrer per l' erbe ecco m' impera: io l' orme
Segno sul musco intatto; e benchè s' apra
La nota via, Calliopea cortese,
Tu fa ch' io fermi il piè sul dolce prato,
Ove di rozzi solchi il calle splenda.
Poichè chi non cantò Niobe afflitta
Per molta strage? Chi Semele ignora,
E il fuoco maritale, e struggitore
Per odio dell' amante? O chi di Bacco
Tace le illustri culle? Il sommo Padre
Come di render i materni mesi

Dignatus, justi complerit. tempora partus?
Sunt qui sacrilego rorantes sanguine thyrsos,
Nota nimis, dixisse velint, qui vincula Dirces *,
Pisæique tori legem, Danaïque cruentum
Imperium, sponsasque truces sub fœdere primo,
Dulcia funereis mutantes gaudia tædis.
Biblidos indictum nulli scelus: impia Myrrhæ
Connubia, & sævo violatum crimine patrem
Novimus. Utque Arabum fugiens cum carperet arva,
Ivit in arboreas frondes, animamque virentem.
Sunt qui squamosi referant fera sibila Cadmi,
Stellatumque oculis custodem virginis Ius,
Herculeosque velint semper numerare labores,
Miratumque rudes se tollere Terea pinnas
Post epulas, Philomela, tuas. Sunt ardua mundi
Qui male tentantem curru Phaëtonta loquantur,
Extinctasque canant emisso fulmine flammas,
Fumantemque Padum, Cygnum, plumamque senilem,
Et flentes semper germani funere sylvas.
Tantalidum casus, & sparsas sanguine mensas,
Condentemque caput visis Titana Mycenis,
Horrendasque vices generis dixere priores.
Colchidos iratæ sacris imbuta venenis
Munera non canimus *, pulchræque incendia Glauces.
Non crinem Nisi, non sævæ pocula Circes,

26. *Biblidos indictum nulli scelus*. Hæc Mileti filia fuit, quæ propter amorem Cauni fratris ipsa se interfecit. Higyn. Ovid. Metamorph. IX.

38. *Germani funere sylvas*. Heinsius, vel *in funere*, vel *germani funera* volebat. Ita Ovid. Remed. 127 *in funere flere*. Et in Ibid. *funera flere*.

41. *Horrendasque vices*. An potius, inquit cl. Burmannus, *horrendasque neces*? cædes nempe, ac parricidia.

44. Sunt qui legant *crimen*.

Acconſentendo del maturo parto
Abbia compiuti i tempi? Evvi chi vuole,
Ch' io canti ſtorie conte, i tirſi aſperſi
Di ſacrilego ſangue, i Dircei lacci,
E il patto nuzial di Piſa, e il regno
Sanguinoſo di Danao, e nel lor primo
Nodo le truci ſpoſe, ricambiando
La dolce gioja con funebri tede.
Ode ciaſcun di Biblide il misfatto;
Sappiam di Mirra l' empie nozze, e il Padre
Del fier delitto violato, e come
Per l' Arabe campagne fuggitiva
In pianta trasformoſſi, ed in verd' alma.
Evvi chi canta del ſquamoſo drago
I fieri fiſchi, e della Vergin' Io
L'occhi-ſtellato vigile cuſtode;
E chi contar ſempre vorria d' Alcide
Le dure impreſe, e Tereo ſtupefatto
Nello ſpiegar i vanni appo le menſe
Di Filomela. Vi ſon quei, che chiaro
Rendon Fetonte, ſventurato auriga
Per l' erte vie del mondo, e ſegno al canto
Fan del fulmin di Giove il fuoco eſtinto,
E il Pò fumante, il Cigno, e le ſenili
Piume, e le ſelve pel fraterno ſcempio
Piangenti ognor. Diſſer gli Antichi i caſi
Delle figlie di Tantalo, e le menſe
Sparſe di ſangue, e il Sol che il capo aſconde
Di Micene all' aſpetto, e de' mortali
Le orribili vicende. Io già non canto
Di Colchide ſdegnoſa i doni intriſi
Di ſacro toſco, e le fatali fiamme
Dalla leggiadra Glauci, o il crin di Niſo,
Non di Circe le tazze, e non la ſuora,

Nec nocturna piè furantem busta sororem.
Hæc jam magnorum præcepit copia vatum,
Omnis & antiqui vulgata est fabula secli.
Nos saltus, viridesque plagas, camposque patentes
Scrutamur, totisque citi discurrimus arvis:
Et varias cupimus facili cane sumere prædas:
Nos timidos lepores, imbelles figere damas,
Audacesque lupos, vulpem captare dolosam
Gaudemus. Nos flumineas errare per umbras
Malumus, & placidis Ichneumona quærere ripis *
Inter arundineas segetes, felemque minacem *
Arboris in trunco longis præfigere telis,
Implicitumque sinu spinosi corporis erem
Ferre domum: talique placet dare lintea curæ;
Dum non magna ratis vicinis sueta moveri
Litoribus, tutosque sinus percurrere remis,
Nunc primum dat vela notis, portusque fideles
Linquit, & Hadriacas audet tentare procellas.
Mox vestros meliore lyra memorare triumphos
Adcingar, divi fortissima pignora Cari *,
Atque canam nostrum geminis sub finibus orbis
Litus, & edomitas fraterno numine gentes,
Quæ Rhenum Tigrimque bibunt, Ararisque remotum
Principium, Nilique bibunt ab origine fontem *.
Nec taceam primum quæ nuper bella sub Arcto *
Felici, Carine, manu confeceris, ipso
Pœne prior genitore Deo: utque intima frater
Persidos, & veteres Babylonos * ceperit arces,

45. *Nec nocturna pie furantem busta sororem*. Hoc est argumentum tragœdiæ Antigones inscriptæ apud Sophoclem. Creon edicto cavit, nequis Polinycem in singulari certamine interemptum sepulturæ mandaret; Antigone soror noctu hoc ei officium præstitit.

57. *Spinosi corporis erem*. Echinum intellige: fortasse Plautus quoque utitur hoc vocabulo Menæchnis. *Feci ti funus absenti me prandio, cur ausus facere, cui æque ac eres bæream?*

58. *Tali*. Heinsiò placebat *parilique*.

Che con pietosa man tra l' ombre oscure
Erge la tomba. Il chiaro stuol de' Vati
Questo già scrisse, e già famose sono
Tutte le fole dell' età vetusta.
Noi rintracciam i boschi, e il verde suolo,
E i campi aperti; noi scorriam veloci
Per tutti i solchi, e con il docil bracco
Bramiam far varie prede: abbiam diletto
Colpir coi stral le paventose lepri,
Le imbelli capriole, i lupi audaci,
Ed allacciar la volpe astuta. Il rezzo
Più ci piace de' fiumi, e tra le canne
L' Icneumone tracciar su i dolci lidi,
E colle lance il minaccioso gatto
Figger a un tronco, e lo spinoso riccio
Portar a casa raggruppato e stretto;
E scior le vele a tal pensier ci piace,
Mentre la navicella ad ire avvezza
Lungo la sponda, ed i sicuri seni
Scorrer coi remi, ora comincia ai venti
Spiegar le vele, e lascia il porto amico,
Ed osa disfidar l' Adriaco nembo.
Quindi saprò con più sonora cetra
Dir i vostri trionfi, o Divi Augusti,
Invitti pegni, e nei confin del mondo
Il nostro lido io canterò famoso,
E i popol domi col fraterno Nume,
Che d' Arari la foce, il Reno, e il Tigri
Bevon, e l' onda del nascente Nilo.
Nè tacerò le guerreggiate guerre
Sotto l' Orsa da te, Carino, istesso
Quasi maggior del divo Padre, e come
Il german espugnò le interne forze
Di Persia, e di Babel le antiche rocche

Ultus Romulei violata cacumina regni *.
Imbellemque fugam referam, clausasque pharetras
Parthorum, laxosque arcus, & spicula nulla *.
Hæc vobis nostræ libabunt carmina Musæ,
Cum primum vultus sacros *, bona numina terræ,
Contigerit vidisse mihi. Jam gaudia nota
Temporis impatiens sensus, spretorque morarum
Præsumit: videorque mihi jam cernere fratrum
Augustos habitus, Romam, clarumque Senatum,
Et fidos ad bella duces, & milite multo
Agmina, queis fortes animat devotio mentes.
Aurea purpureo longe radiantia velo *
Signa micant, sinuatque truces levis aura dracones *.
Tu modo, quæ saltus placidos, sylvasque pererras
Latonæ, Phœbe, magnum decus, eja age suetos
Sume habitus, arcumque manu, pictamque pharetram
Suspende ex humeris: sint aurea tela, sagittæ:
Candida puniceis aptentur crura cothurnis:
Sit chlamys aurato multum subtemine lusa,
Corrugesque sinus gemmatis baltheus artet
Nexibus: implicitos cohibe diademate crines.
Tecum Nayades faciles, viridique juventa
Pubentes Dryades, Nymphæque, unde amnibus humor,
Adsint, & docilis decantet Oreadas echo.
Duc age, Diva, tuum frondosa per avia vatem:
Te sequimur: tu pande domos, & lustra ferarum.
Huc igitur mecum quisquis percussus amore
Venandi, damnas lites, avidosque tumultus,

78. *Jam gaudia nota*. Poterat probabilis videri ista scriptio, nisi vetus additio præferendam suaderet aliam, nempe *vota*, ut Burmanno quidem dubium non sit *vota* a Nemesiano esse relictum.

92. *Corrugesque sinus.* Corrugatos.

99. *Huc*. Omnes codices habent *Hinc*. Sed *huc* jam Ulitius ediderat, & Burmannus exposuerat.

100. *Avidosque tumultus*. Recte Ulitius conjecit *rabidos*, vel *pavidos*. *Avidus* enim iterum occurrit versu fere proximo.

Vendicator delle Romane offese;
E narrerò l' imbelle fuga, e chiuse
Le faretre de' Parti, e gli archi inerti,
E i vani giavelotti. A voi le Muse
Sacreran questi carmi, allor ch' io veggia
I sacri volti, i buoni Dei del Mondo.
Già la mente scotendo il fren de' tempi,
E sprezzando ogn' indugio ora si veste
Di dolce gioja; e già veder mi sembra
Gli augusti manti de' Germani, e Roma,
Ed il nobil Senato, e nelle pugne
I fidi Duci, e l' addensate schiere,
In cui l' amor i prodi spirti avviva.
Splendon da lungi le purpuree insegne
Fiammeggianti nell' ostro, e l' aura lieve
Attorce i fieri draghi. O tu, Latona,
Che per i poggi placidi, e le selve
Errando vai, grande decoro, or vesti
L' usato manto, arma la destra, e il tergo
Della pinta faretra: i dardi d' oro
Siano, e le frecce; al bianco piè s' adatti
Il vermiglio coturno, e sia la veste
Con avrea trama intersiata, e stringa
Corazza il seno con gemmato nodo:
L' inanellato crin col serto avvolgi.
Teco le Ninfe, e dell' età nel fiore
Vengan le allegre Driadi, onde zampilla
L' umor ai fiumi, e l' arrendevol' eco
L' Oreadi canti. O Dea, guida il tuo vate
Tra le frondose rupi: io l' orme premo:
Apri tu delle fiere il seggio, e gli antri.
Qua meco vieni tu, che 'l petto acceso
Del bel desìo di caccia abborri i piati,
E gl' ingordi tumulti, ed il rombazzo

Civileſque fugis ſtrepitus, bellique fragores;
Nec prædas avidus ſectaris gurgite ponti.
Principio tibi cura canum non ſegnis ab anno
Incipiat primo, cum Janus temporis auctor
Pandit inocciduum biſſenis menſibus ævum.
Elige tunc curſu facilem, facilemque recurſu,
Seu Lacedæmonio * natum, ſeu rure Moloſſo,
Non humili de gente canem. Sit cruribus altis,
Sit rigidis, multamque gerat ſub pectore lato,
Coſtarum ſub fine, decenter prona carinam,
Quæ ſenſim rurſus ſicca ſe colligat alvo;
Renibus ampla ſatis validis, diductaque coxas,
Cuique nimis molles fluitent in curſibus aures.
Huic parilem ſubmitte marem, ſic omnia magnum,
Dum ſuperant vires, dum læto flore juventus,
Corporis & venis primævi ſanguis abundat.
Namque graves morbi ſubeunt, ſegniſque ſenectus:
Invalidamque dabunt non firmo robore prolem;
Sed diverſa magis fœturæ convenit ætas.
Tu, bis vicenis plenum jam menſibus *, acrem
In Venerem permitte marem: ſit fœmina, binos
Quæ tulerit ſoles. Hæc optima cura jugandis.
Sed non Spartanos tantum, tantumve Moloſſos
Paſcendum catulos: diviſa Britannia mittit
Veloces, noſtrique orbis venatibus aptos.
Nec tibi Pannonicæ ſtirpis temnatur origo,
Nec quorum proles de ſanguine manat Ibero.
Quin etiam ſiccæ Libyes in finibus acres
Gignuntur catuli, quorum non ſpreveris uſum.

105. *Inocciduum*. Editi ante Pythœum diviſim exhibent *in occiduum*. Male vero cenſet Burmannus. *Ævum* enim *inocciduum* eſt perpetuo revolutum orbe. *Pandit* autem Janus, quia Januarius primus eſt anni menſis.

Fuggì del foro, ed il fragor di guerra,
Nè pei gorghi del mar le prede insegui.
De' buon cani il pensier dal bel prim' anno
Cominci, allor che Giano autor de' tempi
Apre ai dodici mesi il dì perenne.
Allor al corso pronta, ed al ritorno
Una cagna tu scegli, o nata in Sparta
Da nobil schiatta, o ne' Molossi campi.
Abbia le gambe irrigidite, ed alte,
E nel confine delle coste incurvi
Leggiadramente, qual carena, il petto,
Che a poco a poco nell' asciutto ventre
Si ricomponga. Abbia robusti fianchi
Assai vasta di mole, e larghe cosce,
E le ondeggin nel corso i flosci orecchi.
A questa un maschio del par grande accoppia,
Finchè le forze, e giovinezza arride,
E nelle vene della fresca spoglia
Abbonda il sangue, poichè i gravi morbi
Sottentran tosto, e la vecchiezza inerte,
Che rendono la prole inferma, e frale.
Ma ben diversa età richiede il feto;
Tu di Venere il freno al fiero maschio
Rallenta allor, che di quaranta mesi
Il giro compia; di due Soli il corso
La femmina misuri: è questo il mezzo
Per accoppiarli più maturo e certo.
Ma non di Sparta sol, nè sol si denno
Pascer i can Molossi; i veltri manda
L' isolata Inghilterra, ed alla caccia
Atti del nostro suol; nè già disprezza
La Pannonica razza, o quei di Spagna.
Anzi di Libia su gli adusti lidi
Nascon dei cani, cui spregiato e vile

Mox cum se bina formavit lampada Phœbe,
Ex quo passa marem genitalia viscera turgent,
Fœcundos aperit partus matura gravedo
Continuo, largaque vides strepere omnia prole:
Sed, quamvis avidus, primos contemnere partus
Malueris, mox non omnes nutrire minores.
Nam tibi si placitum populosos pascere fœtus,
Jam macie tenues, succique videbis inanes,
Pugnantesque diu, quisnam prior ubera lambat,
Distrahere invalidam lassato viscere matrem.
Sin vero hæc cura est, melior ne forte nocetur,
Abdaturve domo, catulosque probare voluntas,
Queis nondum gressus stabiles, neque lumina passa
Luciferum videre jubar, quæ prodidit usus
Percipe, & intrepidus spectatis adnue dictis.
Pondere nam catuli poteris perpendere vires,
Corporibusque leves gravibus * prænoscere cursu.
Quin & flammato * ducatur linea longe
Circuitu, signetque * habilem vapor igneus orbem,
Impune in medio possis consistere circo.
Huc omnes catuli, huc indiscreta feratur
Turba, dabit mater partus examine honestos,
Judicio natos servans, trepidoque periclo.
Nam postquam conclusa videt sua germina flammis,
Continuo saltu transcendens fervida zonæ *
Vincla, rapit rictu primum, portatque cubili;
Mox alium, mox deinde alium. Sic conscia mater

130. *Formavit*. Malebat *renovavit* Heinsius, & ita sæpe Poëtæ.

141. *Abdaturve domo*. Hoc quid sit non satis intelligit Burmannus; opinatur legendum *orbeturque domus*. Sed valet, teneatur, & custodiatur domi.

L'uso non sia. Quindi poichè la Luna
Due volte rinnovò nel Ciel la lampa,
Dacchè 'l sen creator già si rigonfia,
Sofferto avendo il maschio, i molti parti
Spande il maturo peso, e tutta intorno
Vedi la casa strepitar di prole.
Ma benchè disprezzar i primi parti
Vorrai piuttosto, indi i minor già tutti
Nutrir non dei. Che se la folta schiera
Pascer t' aggrada, estenuati, e vuoti
Tu gli vedrai di sugo, e contrastanti
Chi primo poppi affaticar la madre
Dilombata e distratta. Ove ti cale,
Che il miglior non s' offenda, e che si serbi,
E ti punge desio dei can far prova,
A cui vacillan l' orme, e gli egri lumi
Veder non ponno il Sole, attento impara
Ciò che l' uso c' insegna, e segui invitto
Il saggio ragionar. Potrai dal peso
Tu misurar del cagnolin le forze,
E snelli e lievi antiveder al corso
Dal grave corpo. Anzi lontana striscia
Stendasi in giro ardente, e segni un cerchio
L' affocato vapore, ove nel mezzo
Star possa illeso. I cagnolini tutti
Entro v' adduci, e la confusa schiera;
La madre segnerà con certo esame
I parti generosi, al rischio i figli
Saggia involando; mentre allor che mira
Dal fuoco i pegni attorneggiati e chiusi,
Immantinente l' affocata sbarra
D' un salto valicando il primo afferra
Col griso, e ratta nel covil lo porta;
Uno poscia, indi l' altro. In cotal guisa

Segregat egregiam sobolem virtutis amore.
Hos igitur genetrice simul, jam vere sereno,
Molli pasce sero*. Passim nam lactis abundans
Tempus adest, albent plenis & ovilia mulctris.
Interdumque cibo Cererem cum lacte ministra,
Fortibus ut succis teneras complere medullas
Possint, & validas jam tunc promittere vires.
Sed postquam Phœbus candentem fervidus axem
Contigerit, tardesque vias, cancrique morantis
Sidus init, tunc consuetam minuisse saginam *
Profuerit, tenuesque magis retinere cibatus:
Ne gravis articulos depravet pondere moles.
Nam quum membrorum nexus nodosque relaxant,
Infirmosque pedes, & crura natantia ponunt;
Tunc etiam niveis armantur dentibus ora.
Sed neque conclusos teneas, neque vincula collo
Impatiens circumdederis, noceasque futuris
Cursibus imprudens. Catulis nam sæpe remotis
Aut vexare trabes, laceras aut pandere * valvas
Mens erit, & teneros torquent conatibus artus;
Obtunduntve novos adroso robore dentes,
Aut teneros duris impingunt postibus ungues.
Mox cum jam validis insistere cruribus ætas
Passa, quater binos volvens ab origine menses,
Illæsis catulos spectaveris undique membris,
Tunc rursus miscere sero Cerealia dona
Conveniet, fortemque dari de frugibus escam.

176. *Mens erit, & teneros*. Forte, inquit Burmannus, distinctione posita; *mens erit. At teneros &c.*, & ita etiam variatio temporum tollitur.

179. *Mox cum*. Hos tres versus obscuros censet Interpres, quos tamen ita pristino nitori restituit, mutata tantum litera; lege *spectaveris*, loco *spectaveris*.

Per bella brama di valor divide
La madre i prodi germi. Adunque questi
Nella ridente primavera insieme
Colla madre di siero irrora, e pasci;
Poichè del latte è la stagion seconda,
E biancheggian gli ovil di secchj, e nappi.
Talor lor porgi in alimento i doni
Di Cerere col latte, onde di sugo
Possan rigar le tenere midolle,
E prometter fin d'or robuste forze.
Ma poichè tocco avrà l'ardente Sole
Il divampante cerchio, e va nel pigro
Sentier del Cancro, e di sua lenta Stella,
Allora gioverà scemar l'ingrasso,
E più rappicciolir l'usato cibo,
Perchè col peso la smodata mole
Non guasti i nervi; poichè allor che i nodi
Allargan delle membra, e le compagi,
E ferman i piè frali, e i fianchi incerti,
Arman di bianchi denti ancor la bocca.
Ma nè chiusi gli serba, e non allaccia
Lor di catene il collo, o danno reca
Alla snellezza; perocchè sovente
I chiusi cagnolini ân tale instinto
Di travagliar le travi, o aprir le porte
Lacere e rose, o il dilicato corpo
Tormentano con sforzi, o i nuovi denti
Smozzan ne' tronchi, o l'ugne tenerelle
Ficcan negli usci. Quindi dove forte
Regger si può l'età su i fermi piedi
Otto mesi contando, in ogni parte
I can vedrai perfetti. Allor di nuovo
Cerere giova mescolar col siero,
E lor dar delle biade il forte cibo.

Libera tunc primum consuescant colla ligari,
Concordes & ferre gradus, clausisque teneri.
Jam quum bis denos Phœbe reparaverit ortus,
Incipe non longo catulos producere cursu;
Sed parvæ vallis spatio, septove novali.
His leporem præmitte manu, non viribus æquis,
Nec cursus virtute parem; sed tarda trahentem
Membra; queant jam nunc faciles ut sumere prædas.
Nec semel indulge catulis moderamine cursus;
Sed, donec validos etiam prævertere suescant,
Exerceto diu, venandi munera cogens
Discere, & emeritæ laudem virtutis amare.
Nec non consuetæ norint hortamina vocis,
Seu cursus revocent, jubeant seu tendere cursus.
Quin etiam docti victam contingere prædam,
Exanimare velint tantum, non carpere sumptam.
Sic tibi * veloces catulos reparare memento
Semper, & in parvos iterum protendere curas.
Nam tristes morbi *, scabies & sordida venis
Sæpe venit, multamque canes discrimine nullo
Dant stragem: tu sollicitos impende labores,
Et sortire gregem suffecta prole quotannis.
Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliva
Admiscere decet; catulosque canesque maritas
Unguere profuerit, tepidoque ostendere soli,
Auribus & tineas candenti pellere cultro *.
Est etiam canibus rabies *, letale periclum,

'Allor

196. *Consuetæ norint hortamina vocis*. An eleganter id dicatur, aut latine dubitat Burmannus; quare credit, totum locum ita posse constitui: *Nec non consuetas norint hortamina, voces*.

199. *Non carpere sumptam*. Hæc propria Vertagorum laus, ut illæsum leporem dente ferant.

Allor cominci alla catena avvezzo
Farsi il libero collo, e sciorre i passi
Con stabil legge, e star ristretti e chiusi.
Già quando venti volte avrà la Luna
Rinnovata la luce, il can suor guida
Per non lungo sentier, ma per il tratto
D'angusta valle, o di noval rinchiuso.
Qui rimpiatta una lepre, nè di forze,
Nè ugual di corso, ma che tragga a stento
Le frali membra, onde sia facil preda.
Nè già sol una volta il fren rallenta
De' cani al corso, ma finchè veloci
S'addestrin superar i più robusti,
Gli esercita gran tempo, in lor scolpendo
Della caccia i dover, e nobil brama
D'onorato valor. Nè men sian pronti
A conoscer lo spron de' noti accenti,
O gli richiami, o gli sospinga al corso.
Anzi ami il destro ad afferrar la preda,
Sol farla esangue, e non rapirla avvinta.
Ti ricorda in tal guisa i snelli cani
Ognor rinnovellar, e nei piccini
Stender le nuove cure. I tristi morbi
Gli assalgon tosto, e la schifosa scabbia,
E fan senza riserbo orribil scempio.
Tu molto t'affatica, e ogn'anno il gregge
A te provvedi con novella prole.
Anzi convien colla Palladia oliva
Mescer l'umor di Bacco, ed ugner giova
Del par i cani, e le compagne cagne,
E al mite Sole appresentarli, e i vermi
Dagli orecchi cacciar con ferro ardente.
Soffron i cani ancor la rabbia, ahi spesso
Mortifero periglio; od ella viene

Quod seu cœlesti corrupto sidere manat,
Quum segnes radios tristi jaculatur ab æthra
Phœbus, & attonito pallens caput exerit orbe:
Seu magis ignicomi candentia terga Leonis
Quum quatit, hoc canibus blandis inviscerat æstus:
Exhalat seu terra sinu *, seu noxius aër
Caussa mali; seu, quum gelidus non sufficit humor,
Torrida per venas concrescunt semina flammæ.
Quidquid id est, imas agitat sub corde medullas,
Inque feros rictus, nigro spumante veneno,
Prosilit, insanos cogens infigere morsus.
Disce igitur potus medicos, curamque salubrem.
Tunc virosa tibi sumes, multumque domabis
Castorea, attritu silicis lentescere cogens.
Ex ebore huc trito pulvis sectove feratur,
Admiscensque diu faciles concrescere utrumque:
Mox lactis liquidos sensim superadde fluores,
Ut non cunctantes haustus infundere cornu
Inserto possis, furiasque repellere tristes,
Atque iterum blandas canibus componere mentes.
Quin & Tuscorum non est extrema voluptas
Sæpe canum: sit forma illis licet obsita villo,
Dissimilesque habeant catulis velocibus artus;
Haud tamen injucunda dabunt tibi munera prædæ.
Namque & odorato noscunt vestigia prato,
Atque etiam leporum secreta cubilia monstrant.
Horum animos, moresque simul, naresque sagaces

213. *Orbe*. Scribendum: *orbi*.

218. *Concrescunt*. Heinsius mavult *crudescunt*, vel *insolescunt*.

223. *Tunc virosa tibi*. Medicamentosæ virus enim medicamentum quandoque valet; sicuti venenum: Lucretius IV. 644.

Præterea nobis veratrum est acre venenum.

Locus autem imaginem refert illius Virgiliani I. Georg. 58.

. . . *Virosaque Pontus Castorea*.

231. *Quin & Tuscorum*. Transit ad canes vestigatores, qui vulgo *Bracchi* a sua brevitate nuncupantur.

Dagli Aſtri infetti, allor che Febo avventa
Dall' etere maligno i tardi raggi,
E la pallida fronte afflitto moſtra
All' attonito mondo, o quando preme
Del Lion affocato il tergo ardente,
Queſto velen nelle midolle infonde
Ai can vezzoſi il fuoco; o fuori eſala
Dal ſen la terra; o la cagion deriva
Dall' aere morboſo, o allor che manca
La gelid' acqua, nell' acceſe vene
Creſcono delle fiamme i ſemi aduſti.
Comunque ſia, queſto furor nel ſeno
Agita le midolle, e in fieri ringhi
Fuor guizza, e in nere velenoſe ſpume,
E gli sforza avventar dei morſi inſani.
Le mediche bevande adunque impara,
E la ſalubre cura. Allor tu prendi
Le fibre olenti, e ſtropicciate e dome
Con dura ſelce ad ammollirſi aſtringi;
Quivi d' avorio ſtritolato, o ſciſſo
Una polve ſi rechi, e miſta inſieme,
Fa che s' accreſcan; poi di latte aggiugni
Il fluido liquor, perchè col corſo
Poſſa inferir tu la ſcorrevol' onda,
E cacciarne il furor, e di bel nuovo
Abbonacciar dei cani il mite ingegno.
Nè da ſezzo talor de' Toſchi cani
Sarà 'l piacer, benchè la ſpoglia àn ſparſa
D' irſuti velli, e dai veloci veltri
Diſſimile la ſpoglia; a te non meno
Dolci prede daran, poichè le tracce
Scopron fiutando il ſuolo, e delle lepri
Segnan ancor le più ſecrete tane.
Quindi dirò le lor ſagaci nari,

Mox referam: nunc omnis adhuc narranda supellex
Venandi, cultusque mihi dicendus equorum.
Cornipedes igitur lectos dat Græcia nobis,
Cappadocumque notas referat generosa propago:
Armata * & palmis nuper grex omnis avorum.
Illis ampla satis levi sunt æquora dorso,
Immodicumque latus, parvæque ingentibus alvi,
Ardua frons, auresque agiles, capitique decoro
Altus honos, oculique vago splendore micantes:
Plurima se validos cervix resupinat in armos:
Fumant humentes calida de nare vapores:
Nec pes officium standi tenet: ungula terram
Crebra ferit, virtusque artus animosa fatigat.
Quin etiam gens ampla jacet trans ardua Calpes
Culmina, cornipedum late fecunda proborum.
Namque valent longos pratis intendere cursus;
Nec minor est illis, Grajo quam in corpore, forma;
Nec non terribiles, spirabile flumen *, anheli
Provolvunt flatus, & lumina vivida torquent,
Hinnitusque cient tremuli, frenisque repugnant.
Nec segnes mulcent aures, nec crure quiescunt.
Sit tibi præterea sonipes, Maurusia tellus
Quem mittit, modo sit gentili sanguine firmus:
Quemque coloratus Masax deserta per arva
Parit, & adsiduos docuit tolerare labores.
Nec pigeat quod turpe caput, deformis & alvus
Est ollis, quodque infrenes, quod liber uterque,

240. *Cornipedes*. Ab ungulæ soliditate, quæ tamquam cornu resonat. Hinc Virgilius Georg. lib. III. 87.

. . . . Cavatque
Tellurem, & solido graviter
sonat ungula cornu.

263. *Deformis & alvus*. Melius vetus editio: *deformior alvus*.

L' indole, ed i costumi. Or tutti ancora
Deggio narrar di cacciagion gli arnesi,
E de' corsier dir il maneggio, e l' arte.
Dunque scelti destrier ci dii la Grecia,
E mostri vaghe macchie il nobil germe
Del Cappadoce stuolo, e tutto vanti
L' armato stuolo i gran trofei degli avi.
Han questi vasto, e levigato dorso,
E fianco smisurato, e picciol ventre.
Alta è la fronte, agil l' orecchio, e siede
Nobil decor su la leggiadra testa,
E gentilmente folgoreggian gli occhi;
In gran parte la fronte altera indietro
Sulle spalle si volge: un nembo esala
D' umido fumo dalle calde nari;
Nè sa star fermo il piè: l' unghia sonante
Batte inquieta il suolo, e l' animoso
Brio le membra affatica. Ancor se 'n giace
Di là da Calpe ampio terren fecondo
Di buon cavalli, poichè lungo corso
San pe' campi spiegar, nè in lor risplende
Men di beltà, che ne' corsieri Achei;
Ed anelando, quasi fiume ondoso,
Sbuffan tremendi soffi, e giran gli occhi
Vivaci e fieri, ed alzano tremanti
Alti nitriti, e van scotendo il freno;
Nè mai piegan gli orecchi, o ferman l' orme.
Procaccia anche il destrier, ch' Africa invia,
Purchè vanti l' onor del sangue avito;
E quel che pasce pe' deserti piani
Il negro Masa, e a tollerare istrusse
Lunghe fatiche. Nè t' incresca, od abbia
Ei brutta testa, ed un deforme ventre,
E sian di fren ambi ritrosi, e sciolti,

Quodque jubis pronos cervix diverberet armos.
Nam flecti facilis, lascivaque colla secutus,
Paret in obsequium lentæ moderamine virgæ.
Verbera sunt præcepta fugæ, sunt verbera freni.
Quin & promissi spatiosa per æquora campi
Cursibus adquirunt commoto sanguine vires,
Paullatimque avidos comites post terga relinquunt.
Haud secus effusis Nerei per cærula ventis,
Cum se Threicius Boreas super extulit antro,
Stridentique sono vastas exterruit undas,
Omnia turbato cesserunt flamina ponto:
Ipse, super fluctus spumanti murmure fervens*,
Conspicuum pelago caput eminet: omnis euntem
Nereidum mirata suo super æquore turba.
Horum tarda venit longi fiducia cursus:
His etiam emerito vigor est juvenilis in ævo.
Nam quæcumque suis virtus bene floruit annis,
Non prius est animo, quam corpore, passa ruinam.
Pasce igitur sub vere novo farragine molli
Cornipedes, venamque feri, veteresque labores*
Effluere adspecta nigri cum labe cruoris.
Mox lætæ redeunt in pectora fortia vires,
Et nitidos artus distento robore formant.
Mox sanguis venis melior calet: ire viarum
Longa volunt, latumque fuga consumere campum.

266. *Lascivaque colla sequutus.* Legitur *solutus*, ideft sine loro & freno.

275. *Flamina.* Legitur alibi *Flumina*; meliores editiones tamen primam lectionem confirmant.

287. *Formant.* *Firmant* Heinsius malebat.

288. *Sanguis venis.* Mavult Burmannus: *mox sanguis melior venis calet*, qui gratior auribus sonus.

E che flagelli il crin le curve spalle,
Poichè a piegarsi è pronto, e dal fren sciolto
L' indocil collo, della lenta sferza
Seconda i cenni. Son le busse al corso
I buon precetti, e son le busse il freno.
Pe' campi spaziosi ancor correndo
Coll' agitar del sangue e forza e lena
Acquistan spesso, e lascian dietro al tergo
A poco a poco i lor compagni ingordi.
Non altrimente, sprigionati i venti
Per lo ceruleo mar, allor che sbocca
Il nimboso Aquilon dal Tracio speco,
E col stridulo suon l' onde spaventa,
Dal pelago agitato ogn' aura fugge,
Egli con roco fremito spumoso
Imperversando alto sull' acque estolle
L' altera fronte: attonite le Ninfe
Scorrer lo ammiran vincitor sull' onde.
Tarda se 'n nasce di lontano corso
In lor la speme; pur la giovin lena
Nell' onorata età non torpe in essi;
Poichè quella virtù, che ne' verd' anni
Fiorì matura, nella debil spoglia
Prima sofferse, che nell' alma oltraggio.
Dunque di farro alla stagion novella
Pasci i destrieri, e del cavallo ammira
Col maligno velen del negro lezzo
Gocciar la vena, ed i sudori antichi.
Indi ritornan nel robusto petto
Le allegre forze, e colla sparsa lena
Lucida e liscia fan la spoglia, e il sangue
Nelle vene più ferve: a lungo calle
Braman sfidarsi, e divorar nel corso
Il vasto campo. Quindi allor che indura

Inde ubi pubentes calamos duraverit æſtas,
Lactanteſque urens herbas ſiccaverit omnem
Meſſibus humorem, culmiſque armarit ariſtas;
Hordea tum, paleaſque leves præbere memento.
Pulvere quin etiam puras ſecernere fruges
Cura ſit, atque toros manibus percurrere equorum,
Gaudeat ut plauſu ſonipes, lætumque relaxet
Corpus, & altores rapiat per viſcera ſucos.
Id curent famuli, comitumque animoſa juventus.
Nec non & caſſes idem venatibus aptos,
Atque plagas *, longoque meantia retia tractu
Addiſcat raris ſemper contexere nodis,
Et ſervare modum maculis, linoque tenaci.
Linea quin etiam, magnos circumdare ſaltus
Quæ poſſit, volucreſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas.
Namque urſos, magnoſque ſues, cervoſque fugaces,
Et vulpes, acreſque lupos, ceu fulgura cœli
Terrificant, linique vetant tranſcendere ſeptum.
Has igitur vario ſemper fucare veneno
Cura tibi, niveiſque alios miſcere colores,
Alternoſque * metus ſubtemine tendere longo.
Dat tibi pinnarum terrentia millia vultur;
Dat Libye, magnarum avium fecunda creatrix:
Dantque grues, cycnique ſenes, & candidus anſer;
Dant, quæ fluminibus craſſiſque paludibus errant,
Pellitoſque pedes ſtagnanti gurgite tingunt:

313. *Magnarum avium fecunda creatrix*. Struthionem intelligit, quæ proprio adjuncto *megalæ* appellatur ab Ariſtophane, Æliano, & Phil., aliiſque; hanc in Africa gigni ſcribit Ariſtides.

316. *Pellitoſque pedes*. Tenui membrana conjunctos digitos habentes, cujuſmodi anatum genus & anſerum, aliarumque avium, quæ *palmipedes* proprio vocabulo nuncupantur.

L' arsa stagion le giovinette canne,
Ed abbruciando i teneri germogli
L' umor disecca delle biade, e veste
D' alti gambi le spighe, allor sovvienti
Di lor dar l' orzo, e le leggieri paglie.
Pensier pur prendi di sgombrar di polve
Il grano eletto, e colla man le chiome
Lisciar de' corridori, affin ch' ai vezzi
Goda il destriero, ed in giojosa festa
Sciorini il corpo, e i nutritivi sughi
Nel sen raccolga. Avran tal cura i servi,
E l' animosa gioventù compagna.
Insiem lo stesso ad intrecciar impari
Con rari nodi e paretajo, e maglie,
E le forate spaziose reti,
E delle macchie, e de' tenaci fili
Serbar la forma. Ancor non men la fune,
Che può cerchiar i boschi, e colla tema
Imprigionarvi le volanti prede,
Di più penne s' avvolga inteste insieme;
Poichè son queste di spavento agli orsi,
Qual folgore celeste, ai gran cinghiali,
Ai cervi fuggitivi, ed alle volpi,
Ed a' feroci lupi, e della rete
Lor vietan valicar il chiuso cerchio.
Dunque t' adopra colorarle ognora
Di varie tinte, e col color di neve
Altro mischiarne, e avvicendar gli spettri
Con lunga trama. Mille penne orrende
Dà l' avoltojo, ne dà Libia altrice
D' enormi augei, le grù ne danno, e i cigni,
Ed il papero bianco, e quei ne danno,
Ch' erran pe' fiumi, e pe' fangosi stagni,
E bagnano nei gorghi i piè piumati.

Hinc mage Puniceas nativo munere ſumes:
Namque illic ſine fine greges florentibus alis
Invenies avium, ſuavique rubeſcere luto,
Et ſparſos paſſim tergo vernare colores.
His ita diſpoſitis, hiemis ſub tempore aquoſæ
Incipe veloces catulos immittere pratis,
Incipe cornipedes latos agitare per agros:
Venemur, dum mane novum, dum mollia prata
Nocturnis calcata feris veſtigia ſervant.

322. *His ita diſpoſitis*. Tranſit nunc ad præcepta venationis exercendæ, quæ pars tota deſideratur, & veriſimile eſt, eam a Nemeſiano fuiſſe confectam.



Quindi tu prendi le più rosse, e vaghe
Di bell' ostro natio, poichè d' augelli
Vedrai con florid' ali immensa torma,
E rosseggiare di leggiadro croco,
E gli sparsi color fiorir sul tergo.
Ordinate tai cose, allor che incalza
L' acquoso verno, tu comincia i veltri
Mandar ne' prati, ad agitar comincia
Pe' vasti campi i corridori: a caccia
Andiam, mentre il mattin ride sereno,
Mentre conservan l' orme i molli prati
Delle fiere, ch' errar la notte intorno.



ANNOTATIONES
AD
CYNEGETICON
NEMESIANI.

Verf. 3. *Pandimus*. Minus prudenter, cum dixit *cano*, fubdit *pandimus*, inquit hypercriticus Scaliger. Excufaturus id Barthius legendum omni Sacramento divæ critices afferit, *Pandimur*: Burmannus vero docet Catullum, & Tibullum latiniffimos Poëtas eadem periodo ufos fuiffe, cum *infperanti nobis*, *merenti nobis* dixerunt.

8. *Quæ fola nunquam trita rotis*. Hac fententia plures utuntur ad fui operis commendationem; fed aut nefcivit, aut diffimulavit Nemefianus, Gratium Felifcum multo ante hoc eodem titulo poëmatium edidiffe.

22. *Qui vincula Dirces*. Dirces fatum hoc eft. Lycas Rex Antiopem pepulit toro fuo, conjugem induxit Dircem. Amphion & Zetus filii Antiopæ rati fe Dirces effe filios eam in honore habebant. Dirce Antiopem adflixit, conclufit carcere, & male habuit. Amphion & Zetus edocti Antiopes fe filios, in vindictam cruciatuum maternorum Dircen tauro alligatam mifere interemerunt. Higynus cap 8. Apollodorus lib. III. Bibliothecæ.

43. *Munera non canimus*. Medæa pellici Glaucæ Creontis filiæ Jafoni, marito fuo, nubenti, coronam mifit, quam illa cum capiti imponeret, conflagravit ipfa, & igne omnem regiam implevit, ita venenis infecta erat illa: cujus fabulæ pleni Poëtarum libri. Quod vero illud venenum fuerit, vide Plutarchum in Alexandro.

54. *Et placidis Ichneumona quærere ripis*. Scribendum *placitis*: delectari enim Ichneumonem aquis, teftimonio eft ejus cognomen *enudros*, quod Ifidorus afferit memoriæ lib. XII. cap. 2. De hoc animante plura Ariftoteles in hiftoria, Plinius, & Ælianus; meminit etiam Oppianus lib. III. Nos alibi in Pharfalia Lucani aliquid innuimus.

55. *Felemque minacem*. Agreftem videlicet; nam & urbana quoque reperitur, de qua Plinius, Ælianus; multa notat Gefnerus fuo more. Revera, inquit Burmannus, in tantillo corpore plenius animi & minarum nullum animal reperiri arbitror, addo & virium, quam felem feram. Vidi unam trium hominum verberibus refiftentem fuftibus ictam robuftiffimis, omnes illos convulneraffe, & citra eorum omnium voluntatem evafiffe. Vidi aliam fclopeti ictu mediam disjectam in faltum evafiffe, nec potuiffe vel vi, vel aftutia rurfum in confpectum produci, etfi manifefta forent indicia & falvam illam manere, & quotidie cavo egredi.

64. *Divi fortiffima pignora Cari*. Imperatores, qui vita functi effent, *divi* appellabantur, propterea quod apotheofin effent confecuti, qua de re prolixe habes apud Herodianum. Eft autem hic apoftrophe ad Carinum, & Numerianum Cari filios, quos apud Oppianum reperies ad Antoninum in utroque poemate.

68. *Nilique bibunt ab origine fontem*. Plane inficeta, inquit Burmannus, geminatio huius eft verbi, nec tamen aliquid confilii, aut opis in libro antiquitus excufo. Et Heinfium offenderat hæc repetitio, & in uno codice emendarat *habitant*; in altero *Tigrimque*, *Albimque*, *Ararimque*. Sed facile eft aliud quid fupponere; ideoque potius in fecundo

versu mutarem *bibunt*, & cum Johns. legerem: *Niliqne vident ab origine fontem*.

De Nili origine olim controversia, nunc res valde nota est, ut de ea amplius dubitari non possit: quo circa falsus vates exritit Ammianus, qui posteras quoque ætates eam ignoraturas affirmavit.

69. *Quæ nuper bella sub Arcto*. Scimus ex Vopisco, Carinum a patre ad Persicam expeditionem accincto decretis sibi Galliis, atque Italia, Illyrico, Hispaniis, ac Britanniis, & Africa, Cæsarianum tenuisse imperium. Victor autem Schotti ad munimentum Galliæ missum simpliciter dicit; ubi & Vopiscus antea Carinum ad Gallias tuendas destinatum dixerat. Quo tamen successu egerit, quasve victorias obtinuerit ab Historicis non traditur. Fortasse & ipse Nemesianus magis ex adulatione, & Poëtica fingendi quidlibet licentia, quam comperta, aut etiam rumore aliquo accepta hæc cecinit.

72. *Babylonos*. Mesopotamiam Persis eripuit Carus. Vide Sextum Victorem Schotti. Seleuciam cepit Carus. *Babylonos arces* ipsam urbem significant. Nam alioqui tota Assyria Babylon nuncupatur. Vide Martianum Capellam lib. VI.

73. *Cacumina regni*. Quippe illud extremum cacumen Romani imperii erat, quod proximum Euphrati terminabatur, quem fluvium Adrianus Imperator medium inter Persas & Romanos esse voluit, cum Trajanus usque Tigrin provincias fecisset.

75. *Spicula nulla*. Vetus Burmanni Codex, *muta* elegantissima scriptura, præfert. *Muta* sunt rerula, translatione a mutis, qui stuporem præferunt. *Mutas artes* non alia ratione Virgilius dixit lib. XII 397.

Mutas agitare inglorius artes.

Qui retinent primam lectionem, explicant *nulla*, nempe perdita, ac inania.

77. *Cum primum vultus sacros*. Videtur Nemesianus hoc opus in Africa confecisse, antequam Romam venisset. Videtur itaque Carthagine in patria sua, vel ruri alicubi, Roma tamen remotius multum, scripsisse Cynegetica sua Aurelius, atque iis absolutis ad reditum Numeriani, ut reduci offerret, & triumpho gratulabundus quoque interesset, Romam reverti voluisse. Quæ meditantem, si conjecturæ locus est, interemptorum Numeriani pariter ac Carini nuntio offensum, & fortasse, quia Carino & Numeriano faverat, ultorem Diocletianum veritum, destitisse propositis opere ac itinere crediderim.

84. *Purpureo velo*. Signa militaria purpureis velis erant incincta, quorum velorum forma adhuc in antiquo Adriani Imperatoris nummo visitur, quem publicavit Joannes Sambucus, patrum memoria optime de litteris meritus. Habentque ea signa subscriptionem exercitus Dacici. Meminit Florus lib. III cap. II in Parthorum exercitu, sed alludens Romanum: *undique præfecti regis Scillaces & Surenas ostendere signa auro, sericisque vexillis vibrantia*. Et vexilla signis erant adjuncta. Silius Italicus lib. V 337.

... *Raptum cum sanguine cæsi
Signiferi magna vexillum more
ferebant*.

Alia de his notare non finunt doctissimi viri. Vide Justi Lipsii Commentaria ad Polybium de Militia Romana.

85. *Levis aura Dracones*. Inter signa militaria Dracones quoque numerantur, inde Draconiferi, docet Vegetius, & in eum Stewechius: quidam populi rem primo aspectu horribilem eo invento exhibebant. Vela signorum posteriore ævo draconum in formam erant figurata, in quibus describendis ludunt Poëtæ, veluti hostes devoraturæ illæ formæ super exercitum ingruerent.

107. *Seu Lacedæmonio*. Lacedæmonii canes esse dicuntur, qui e vulpibus & canibus procreati sunt, vel ita nuncupantur a loco quodam

Laconiæ, quem memorat Scholiastes Callimachi. Virgilius quoque laudat III. Georg. 405.

Veloces Spartæ Catulos, acremque Molossum.

120. *Bis vicenis mensibus*. Plurimi auctores pro lubitu canibus fere volgivagam venerem concedunt; nisi quod Columella lib. VII cap. penult. *huic quadrupedi*, ait, *neque fæminæ, neque mari, nisi post annum permittenda Venus est; quæ si teneris conceditur, carpit & corpus, & vires, animosque degenerat*. Et hinc Plinius lib. VIII cap. 40 *Canum generibus annui partus, justa ad pariendum annua ætas*.

146. *Gravibus*. A gravitate corporum futuri cursus celeritatem prænoscere potes. Levissimus enim celerrimum canem dabit. Agnosces & meliorem inter catulos alio modo; ut nempe in libra perpendens eos, graviorem eligas. Ergo, infert Burmannus, utrique & leviores & graviores sunt utiles; illi ad cursum, hi ad vires.

147 *Quin & flammato*. Expressit etiam hæc Demetrius Constantinopolitanus: *si bonos canes habere desideras, hoc modo proba: orbem circularem ex fœno compone, ad ambitum rotæ carpentariæ: medio circuitus intervallo constitue. Matrem vero eorum seorsim tene, donec accenso fœno solvas. Illa protinus per medium ignem accurret, nihil metuens præ amore catulorum suorum, & naturali quodam instinctu ac judicio optimum quemque exercens auferet*.

148. *Signetque*. Pithœus edidit, *signet habilem*, quem secutus Barthius. Scaliger jam *signetque* emendaverat. Vetus liber legit *stabilem*; sed Burmannus mavult legere *habilem*. *Habilem* enim aptum instituto operi dicit orbem. Ut Maro de vitibus Georg. lib. II. 92.

Pinguibus hæ terris habiles.

154. *Fervida zonæ vincla*. Alludit ad zonam torridam, quam sibi fingunt Astrologi: res nota præcipue ex Ovidio: horum circulorum auctor fuit Parmenides, veluti docet Plutarchus de placitis Philosophorum. Vide Cleonis *meteora*, & in ea Robertum Balforeum.

159. *Molli pasce sero*. De cura & nutritione canum vide Geoponica, & Latinos rei rusticæ scriptores; vide & Phæmonis libellum, Xenophontem, alios. Nam quæ omnibus obvia, nullum operæ pretium exscribi.

166. *Saginam*. *Sagina* non hic simplicem cibum, aut tenuem cibatum denotat, cui opponitur, sed fortem & robustam maxime alimoniam, quam fortem escam vocat infra. Omnino itaque saginari catulos jubet Aurelius; non semper ac promiscue, sed ad mensem usque quartum ætatis tantum. Apud Anglos farra illis quotidie in aqua, vel jure aliquo hesterno decocta apponuntur, nisi cum venatum educendi sunt. Farre autem plerunque animalia saginantur. Ut inde *fartores* dictos saginatores ariolari liceat, quasi *farritores*. Quo sensu *fartores*, & *farturam* non semel posuit Columella lib. VIII Cap. de *gallinis farciendis*, & altero *de palumbis, & columbis farciendis*.

175. *Pandere*. Heinsius ad Ovidium III. Met. 89 *mandere* rescribebat; & certe ita *mandere humum* inquit *Gratius* 239. *Pandere* vero si retinendum, explicandum est, si rimæ sint, eas rodendo majores facere, ut pateant foramina magna, per quæ evadant.

200. *Sic tibi*. Legendum putat Commentator noster *Hinc*: ex illis scilicet generosis, quos ita educasti & exercuisti, ut jam præcedentibus versibus docuit, cura semper sobolem novam tibi subnasci.

202. *Nam tristes morbi*. De scabie canum, aliisque morbis vide Gratium, & Vegetii commentarium III. & IV. Veterinariæ; nam & ibi tradita ad hos faciunt.

209. *Tineas candenti pellere cultro*. *Ricinos*, de quibus Isidorus; *Ricinus*, inquit, *vermis est Canis vocatus eo, quod hæret in auribus*

canum. Alii intelligunt muscas caninas, quæ alatæ sunt, & colore tineis haud dissimiles.

210. *Est etiam canibus rabies.* De hac, ut pote de morbo communi, & periculosissimo, pluribus agit Angelius; sed copiosius, & tutius tractant Neoterici Clinici, qui etiam medicinam adhibent, quos facilime est consulere.

216. *Exhalat seu terra sinu.* Locus non satis integer in Aldinis, atque idcirco asterisco notatus, Burmannus corrigit:

Exhalans seu terra, situ seu noxius aer.

Tu tamen lege *sinu*, quæ lectio magis rationi consona, *s* enim a sequente voce adhæsit.

242. *Armata* Vitiosus locus; at fortasse referri potest ad usum ipsorum equorum de quo Virgilius Æneid. III. 540.

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Corruptissimam aliquo modo Burmannus corrigit scripturam, & olfacit Nemesianum reliquisse: *Marte decet palmat grex nuperus omnis avorum*: generosam indolem, præsertim ad bellicas palmas, dicit eorum equorum, quorum soboles semper referat laudes avorum.

255. *Spirabile flumen.* An vero *numen*, nihil statuit Burmannus. Vetus editio sic habet:

Nec non terribiles spirabile flumen anhelis

Provolvunt flatus.

265. *Quodque jubis.* Gronnvius autem ad hunc locum scribit. Si memineris, quid *diverberare* sit, satis intelligas, *cervicem armos diverberare jubis* dici non posse: non enim flagellare, percutere est *diverberare*: sed aventilare, discutere, agitando digerere & componere. Scribe igitur:

Quodque jubas pronis cervix diverberet armis:

Si placet, alia lectio sic habet:

Quodque jubis pronos cervix everberat armos.

276. *Murmure fervens.* Heinsius malebat, *marmore*, & ita foret imitatio Lucretii ex lib. II. 766.

At mare, cum magni moverunt æquora venti,

Vertitur in canos, candenti marmore, fluctus.

284. *Veteresque labores.* Morbum, quo equus laborat, nam sanguinis missio multos morbos depellit; videndus Vegetius de Veterinaria, & recentiores potissimum consulendi scriptores.

300. *Atque plagas.* Egregie sane casses, plagas, & retia distinguit; & *retia* definit *longo tractu meantia.* Plagæ a cassibus differunt, quod isti concavi sint; sunt enim, ut ipsa retia, planæ ac rectæ; a retibus, quod illa longo tractu tendantur; hæ nonnisi in viarum angustiis, quæ reti continuari non possint, objiciantur.

311. *Alternosque.* In veteri libro:

Alternosque metus subtemine tempore longo.

Locum mendosum esse nemo inficiabitur, qui sapiat. Nec medicina absque ope librorum parabilis. Conjecturis opus non est, quas nemo sequetur nisi certissimas. An longo tempore ad subtemen conficiendum opus ait ex tot avium pennis, quot modo nominat? Ambigere se fatetur Interpres. Ulirius legit: *subtemine tendere.* Barthius, *subtegmine tempore.*

LA BUCOLICA

DI

M. AURELIO OLIMPIO NEMESIANO

POETA CARTAGINESE.

M. AURELII OLYMPII NEMESIANI

POËTÆ CARTHAGINENSIS

BUCOLICON.

ECLOGA I.

EPIPHUNUS.*



TIMETAS. TITYRUS.

Tim. DUM fiscella tibi fluviali, Tityre, junco
Texitur, & raucis resonant tua rura cicadis,
Incipe, si quod habes gracili sub arundine carmen
Compositum. Nam te calamos inflare labello
Pan docuit, versuque bonus tibi favit Apollo.
Incipe, dum salices hœdi, dum gramina vaccæ
Detondent, viridique greges permittere campo
Et ros, & primi suadet clementia solis.
Tit. Hos annos, canamque meam, mihi care, senectam
Tu juvenis, carusque Deis in carmina cogis?
Viximus, & calamis versus cantavimus olim.
Dum secura hilares ætas ludebat amores.
Nunc album caput, & veneres tepuere sub annis:
Jam mea ruricolæ dependet fistula Fauno.
Te nunc rura sonant: nuper nam carmine victor

* *Epiphunus*. Pythœus ita eclogas inscripsit ex ἐπὶ, & Latina voce *funus*. Reliquæ omnes Editiones ignorant hasce inscriptiones. In hac Ecloga tractantur laudes Melibœi vita defuncti.

LA BUCOLICA
DI M. AURELIO OLIMPIO NEMESIANO
POETA CARTAGINESE.

ECLOGA I.
ACCLAMAZIONE.



TIMETE, TITIRO.

Tim. *MENTRE, Titiro mio, col giunco algoso*
Tessi il cestello, e al rauco canto intese
Son le cicale, pe'l tuo campo erboso,
Comincia, s' âi pur teco al rozzo arnese
Atto alcun carme: poichè Pan dar fiato
Alla zampogna t' insegnò cortese,
E il buon Apollo i versi suoi t' ha dato;
Comincia, mentre smozzano gli agnelli
I salci, e l'erbe le giovenche, e il prato;
E mentre la rugiada, ed i novelli
Raggi del Sole temperato e chiaro
Chiaman il gregge al pasco, ed ai ruscelli.
Tit. *In questa etade mia canuta, o caro*
Garzone, e caro ai Dei, mi stringi ai versi?
Già vissi, e fui cantor d' ogn' altro a paro,
Mentre gli amor di liete grazie aspersi
La balda età contava. Or bianche sono
Le chiome, e i vezzi intiepiditi e spersi.
Ho già sospesa la mia cetra in dono
Al Fauno agreste: a te le ville intorno
Or fanno plauso con festevol suono;
Poichè tu vincitor sol l'altro giorno

Riſiſti calamos, & diſſona flamina Mopſi,
Judice me. Mecum ſenior Melibœus utrumque
Audierat, laudeſque tuas ſublime ferebat.
Quem nunc emeritæ permenſum tempora vitæ,
Secreti pars orbis habet mundusque piorum.
Quare age, ſi qua tibi Melibœi gratia vivit,
Dicat honoratos prædulcis tibia manes.

Tim. Et parere decet juſſis, & grata jubentur.
Namque fuit dignus ſenior, quem carmine Phœbus,
Pan calamis, fidibuſque Linus, modulatibus Orpheus.
Concinerent, atque acta viri laudeſque ſonarent.
Sed quia tu noſtræ muſam depoſcis avenæ,
Accipe, quæ ſuper hæc ceraſus, quam cernis ad amnem,
Continet, inciſo ſerbans mea carmina libro.

Tit. Dic age; ſed nobis ne vento garrula pinus
Obſtrepat, has ulmos potius fagoſve petamus.

Tim. Hic cantare libet: virides nam ſuggerit herbas
Mollis ager, lateque tacet nemus omne. Quieti,
Aſpice, ut, ecce procul decerpant gramina tauri.
Omniparens æther, & rerum cauſſa liquores,
Corporis & genitrix tellus vitalis, & aër,
Accipite hos calamos, atque hæc noſtro Melibœo
Mittite, ſi ſentire datur poſt fata quietis.
Nam ſi ſublimes animæ cœleſtia templa,

19. *Quem nunc*. Divini prorſus duo verſus, dignique homine Chriſtiano, & optimo poeta.

26. *Concinerent*. Legitur alicubi *concineret*.

36. *Corporis & genitrix tellus*. Zenonis opinionem ſubindicat, qui maſſam corporis humani, atque alterius omnis generis terræ adſcribit, quod ejus alatur fructibus, & ſuſtineatur.

Io giudice sedendo, a scherno, e riso
Avesti Mopso, ed il discorde corno.
Il vecchio Melibeo già meco assiso
V' udiva entrambi, e risonar altero
Fea 'l tuo nome, e le lodi, il qual diviso
Di sua vita onorata or dal sentiero
La piaggia accoglie del secreto Mondo,
E dell' alme pietose l' emisfero.
Dunque, s' è Melibeo nome giocondo,
Su via con dolce suon l' ombra famosa
La cetra involi dall' obblio profondo.

Tim. *E conviene ubbidir, e grata cosa*
Mi si comanda, che sì bel destino
Merta quel Vecchio, onde su d' Ascre erbosa
Lui canti Febo colla tromba, e Lino
Col plettro, Pan col zuffolo ineguale,
Coll' armonica voce Orfeo divino;
E ne suoni la fama alta, immortale;
Ma perchè di mie canne il canto chiedi,
Odi ciò ch' io scolpì su scopo tale
In ciregio, che presso al fiume or vedi.

Tit. *Su via: ma affin pel vento il pin non strida,*
Andiam de' faggi infra l' amiche sedi.

Tim. *Cantar qui piace, dove par che rida*
D' erbe il tenero campo, e il bosco tace.
Vè come lungi senza mugghi e strida
Ne va l' armento pascolando in pace.
Etere creatore, e delle cose,
O liquori, cagione; o terra madre
Di vital corpo, ed aria altrice, or queste
Canne accogliete, e per voi questi carmi
Vadan a Melibeo, se senso esiste
Dopo il morir. Poichè se le grand' alme
Abitano del Cielo il Tempio, e gli Astri,

Sidereasque colunt sedes, mundoque fruuntur,
Tu nostros adverte modos, quos ipse benigno
Pectore fovisti, quos tu, Melibœe, probasti.
Longa tibi, cunctisque diu spectata senectus,
Felicesque anni, nostrique novissimus ævi
Circulus *, innocuæ clauserunt tempora vitæ.
Nec minus hinc nobis gemitus lacrimæque fuere,
Quam si florentes mors invida pelleret annos.
Nec tenuit tales communis caussa querelas;
Heu, Melibœe, jaces letali frigore segnis
Lege hominum, cœlo dignus, canente senecta,
Concilioque Deûm. Plenum tibi ponderis æqui
Pectus erat. Tu ruricolûm discernere lites
Adsueras, varias patiens mulcere querelas.
Sub te ruris amor, sub te reverentia justi
Floruit, ambiguos signavit terminus agros.
Blanda tibi vultus, gravitas, & mite serena
Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.
Tu calamos aptare labris, & jungere cera
Hortatus, duras docuisti fallere curas.
Nec segnem passus nobis marcere juventam,
Sæpe dabas meritæ non vilia præmia Musæ.
Sæpe etiam senior, ne nos cantare pigeret,
Lætus Phœbea dixisti carmen avena.
Felix, o Melibœe, vale. Tibi frondis odoræ
Munera dat, lauros carpens, ruralis Apollo:
Dant Fauni, quod quisque valet, de vite acermos,
De campo culmos, omnique ex arbore fruges.

47. *Pelleret*. Malebat *tolleret* Heinsius.

50. *Lege hominum*. Ob necessitatem moriendi cunctis propositam. Seneca in Epigrammatis: *lex est, non pœna perire*.

64. *Frondis odoræ*. Aliqui legunt cum Vossio *odore*.

E gioiscon del mondo, i nostri carmi
Ascolta, o Melibeo, che già cortese
Tu stesso âi scolto in petto, e resi alteri
Del tuo favor. Lunga vecchiezza, e chiara,
Anni felici, e della nostra etade
Il primo giro ân posto fine ai tempi
Della vita innocente. Indi si sparse
Non men da noi di pianto, e di sospiri,
Che se l' invida morte i florid' anni
A noi rapisse; nè 'l comune duolo
Frenò queste querele. Ahi! giaci inerte
Per mortal gelo, al fral destin soggetto,
O Melibeo, del Ciel degno, e de' Numi,
E di canuta età. Maturo senno
Chiudevi in petto. Eri le liti avvezzo
A scior de' contadini, i varj piati
Sofferendo addolcir. Per te fioriva
L' agreste amor, per te l' onor del giusto,
E i campi incerti dividea la meta.
Piacevol maestà, sereno ciglio
Rideva in fronte, ma più dolce il core
Era del volto. A combaciar le canne
Esortando con cera, e lor dar fiato
Tu c' insegnasti allegerir gli affanni;
Nè mai soffrendo che languisse inerte
La gioventù, spesso largivi al canto
Non vile guiderdon. Spesso ancor vecchio,
Perchè il cantar grave non fosse, i carmi
Cantavi tu su la Febea zampogna.
Addio, felice Melibeo; gli allori
Or raccogliendo il villereccio Apollo
Ti porge il don dell' odorosa fronda:
Quello che può ciascun, ti danno, i Fauni,
I grappoli dell' uve, il grano eletto

Dat grandæva Pales ſpumantia cymbia lacte,
Mella ferunt Nmyphæ, pictas dat Flora coronas.
Manibus hic ſupremus honos. Dant carmina Muſæ,
Carmina dant Muſæ; nos te modulamur avena.
Silveſtris nunc te platanus, Melibœe, ſuſſurrat,
Te pinus, reboat te, quidquid carminis Echo
Reſpondent ſilvæ, te noſtra armenta loquuntur.
Namque prius ſiccis phocæ paſcentur in arvis,
Hirſutuſque freto vivet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi, confuſis legibus anni,
Meſſem triſtis hyems, æſtas tractabit olivas,
Ante dabit flores autumnus, vel dabit uvas,
Quam taceat, Melibœe, tuas mea fiſtula laudes.
Tit. Perge puer, cœptum tibi jam ne deſere carmen.
Nam ſic dulce ſonas, ut te placatus Apollo
Provehat, & felix dominam perducat ad Urbem.
Namque hic in ſilvis præſens tibi fama benignum
Stravit iter, rumpens livoris nubila plena.
Sed jam Sol demittit equos de culmine mundi,
Flumineos ſuadens gregibus præbere liquores.

ℽ 78. *Æſtas tractabit olivas*. Poſſet explicari de preſſura olearum, unde oleum provenit, vel, ut Guidalottus, ad lectionem oleæ referri: ſed quia & ad *meſſes* debet referri, ſuſpectum eſt verbum, quare forte *jactabit* ſcribendum: ita hæc verba confuſa in ſcriptis apud Stat. V. 67. & IX. 769. & apud Quintilianum lib. I. proœm.

Delle campagne, e d' ogni pianta i frutti:
Di puro latte offre spumanti nappi
L' antica Pale; il mel le Ninfe, e Flora
Ti dà pinte ghirlande. Estremo onore
Sia questo all' ombra: dan le muse i carmi,
I carmi dan le muse: io te cantando
Vado sul plettro. Or te susurra il pino,
Te il platano silvestre, te dall' Eco
Rimbomban scossi i boschi, il nostro armento
Parla di te; poichè gli asciutti campi
Prima le foche pasceran: nell' onde
Vivrà l' irto lione, il dolce mele
I tassi suderanno, e le stagioni
Dell' anno scompigliate, il mesto verno
Germoglierà la messe, e l' arsa estate
Le tarde olive; i fior l' autunno, e l' uve
Prima darà, che le tue lodi, e il nome
Ne taccia, o Melibeo, la mia zampogna.

Tit. *Segui, o garzon, l' incominciato canto;*
Poichè sì dolce è 'l suon, che te cortese
Alla città, ch' ha di regina il vanto,
Condurrà Febo; del livor le offese
Vincendo t' apre ampio sentier la fama.
Ma co' destrier dall' alto il Sol discese,
Ch' ora la greggia a dissetar ci chiama.

ECLOGA II.*

IDAS, ET ALCON.

FORMOSAM Donacen puer Idas, & puer Alcon
Ardebant: rudibusque annis incensus uterque
In Donaces Venerem furiata mente ruebant.
Hanc, cum vicini flores in vallibus horti
Carperet, & molli gremium compleret acantho,
Invasere simul, Venerisque immitis uterque
Tum primum dulci carpebant gaudia furto.
Hinc amor, & pueris jam non puerilia vota;
Queis anni ter quinque hiemes, & cura juventæ.
Sed postquam Donacen duri clausere parentes,
Quod non tam tenui filo * de voce sonaret,
Sollecitusque foret linguæ sonus, improba cervix,
Suffususque rubor crebro, venæque tumentes:
Tum vero ardentes flammati pectoris æstus
Carminibus, dulcique parant relevare querela.
Ambo ævo, cantuque pares, nec dispare forma:
Ambo genis leves, intonsi crinibus ambo:
Atque sub hac platano mœsti solatia casus
Alternant. Idas calamis, & versibus Alcon.

Idas. Quæ colitis silvas Dryades, quæque antra Napeæ,
Et quæ marmoreo pede, Naides, uda secatis
Litora, purpureosque alitis per gramina flores,
Dicite quo prato Donacen, qua forte sub umbra

* In hac Ecloga cantantur amores pueriles inter amicos pastores Idan, qui & Hartacus, & Alconem, in qua etiam Poeta ipse loquitur. *Donace* vero occurrit in lapide apud Gruterum: DXCV. 10. *Pompeja Donace*, *& Junia Donace* XVI. 2. & CVI. 13. Nos elegantioris sonus gratia Italico carmine pro *Donace* *Doralicem* usurpamus.

1. *Formosam Donacem*. Ad Maronis imaginem, qui cecinit:

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

6. *Immitis*. Alii legunt *imbutus*, quæ tamen lectio a Burmanno respuitur.

17. *Ambo genis*. Sunt qui malunt *Græcismum*, ac legunt *genas*.

ECLOGA II.

Ida e Alcone.

Per la leggiadra Doralice ardea
Il garzon Ida, ed il garzon Alcone:
E negli anni più rozzi accesi entrambi
Eran tratti in furor per Doralice.
Venner a lei, mentre raccoglie i fiori
Nelle vicine valli, ed empie il seno
Del molle acanto, e vieppiù d'ambi allora
Struggon il cor le furibonde fiamme.
Quindi sorge l'amor, e voti indegni
Di teneri garzoni, ai quali appena
Scorser quindici verni, e ride in volto
La giovinezza. Ma poichè rinchiusa
Dai genitor fu Doralice in guisa,
Che la gorgiera dilicata i detti
Rendesse esili, ed affannoso il suono
Dal labro uscisse, inorgogliò la fronte,
Si tinser di rossor le gote, e gonfie
Si fer le vene. Allor dell'arso petto
Tentan gli amanti allegerir le vampe
Con vaghi carmi, e con i dolci lai.
Ambi in età, nel canto, e in volto uguali,
Ambi lisci di guance, ambi forniti
Di lunga capigliera, e per solazzo
Di lor sventure van cantando al rezzo,
Ida colla zampogna, Alcon coi carmi.

Ida. *Driadi, che le selve, e voi, Napee,*
Che gli spechi abitate, e voi, cui fende,
Najadi, il bianco piè gli acquosi lidi,
E nodrite pe' campi i fior vermigli,
Dite in qual prato, e di qual pianta all'ombra

Inveniam, roſeis ſtringentem lilia palmis?
Nam mihi jam trini perierunt ordine ſoles,
Ex quo conſueto Donacen expecto ſub antro.
Interea, tamquam noſtri ſolamen amoris
Hoc foret, aut poſſet rabidos medicare furores,
Nulla meæ trinis tetigerunt gramina vaccæ
Luciferis, nulloque biberunt amne liquores;
Siccaque fœtarum lambentes ubera matrum
Stant vituli, & teneris mugitibus aëra complent.
Ipſe ego nec molli junco, nec vimine lento
Perfeci calathos cogendi lactis in uſus.
Quid tibi, quæ noſti, referam? Scis mille juvencas
Eſſe mihi: noſti numquam mea mulctra vacare.
Idas ille ego ſum, Donace, cui ſæpe dediſti
Munera, nec medios dubitaſti rumpere cantus,
Atque inter calamos lætas agitare choreas.
Eheu nulla meæ te tangit cura ſalutis!
Pallidior buxo, violæque ſimillimus erro.
Omnes ecce cibos, & noſtri pocula Bacchi
Horreo: nec placido memini concedere ſomno.
Te ſine, væ miſero! mihi lilia nigra videntur,
Pallenteſque roſæ, nec dulce rubens hyacinthus,
Nullos nec myrtus, nec laurus ſpirat odores.
At tu ſi venias, & candida lilia fient,
Purpureæque roſæ, & dulce rubens hyacinthus,
Tum mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.
Nam dum Pallas amet turgentes ſanguine baccas,

30. *Nulloque biberunt.* *Nullo lamberunt* aliqui ſubſtituunt. Burmanno placet legere: *nullo libarunt.* Deſumptus fortaſſe hic locus ex Ecl. V. Virgilii:

. . . . *Nulla neque amnem*
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Io trovi Doralice, allor che coglie
Colle mani di rose i puri gigli;
Poichè tre giorni tramontar già vidi,
Dacchè in quest' erbe Doralice aspetto.
Intanto quasi ciò solazzo amico
Fosse delle miè fiamme, o il folle sdegno
Temprar potesse, per tre giorni il gregge
Non attinse germoglio, e de' ruscelli
Non bevvè stilla, e delle pregne madri
Van lambendo i vitei le asciutte poppe,
E di mugiti empiono l'aria intorno;
Nè coi vimini io stesso, e il molle giunco
Per le ricotte ho ritessuto i cesti.
A che ti narrerò le conte cose?
Sai ch'ho mille giovenche, e che di latte
Non son mai vuoti i secchi. Io son quell' Ida,
Cui spesso, Doralice, offrivi i doni,
E prendevi piacer troncar il canto
Per intrecciar carole al rozzo suono.
Ahi non più di mia vita amor ti punge?
Più pallido del bosso, e somigliante
Alla viola io sono. Ecco orror sento
Di tutti i cibi, e del liquor di Bacco;
Nè mi ricordo più fidar le membra
A dolce sonno. Ahi lasso! negro il giglio
Senza te parmi, pallida la rosa,
Nè dolcemente rosso il bel giacinto,
Nè più fragranza il mirto olezza, e il lauro.
Se tu verrai, diverran bianchi i gigli,
E vermiglie le rose, e dolcemente
Rosso il giacinto: olezzerà col mirto
Il verde allor, mentre finchè le olive
Da Palla si ameran, da Bacco l' uve,
Da Priapo i giardin, da Pale i paschi,

Dum Bacchus vites, Deus & sata poma Priapus *,
Pascua læta Pales, Idas te diliget unam.
Hæc Idas calamis. Tu, quæ responderit Alcon
Versu, Phœbe, refer. Sunt aurea carmina Phœbo.

Alc. O montana Pales, o pastoralis Apollo,
Et nemorum Sylvane potens, & nostra Dione,
Quæ juga celsa tenes Erycis *, cui cura jugales
Concubitus hominum totis connectere seclis,
Quid merui, cur me Donace formosa reliquit?
Munera namque dedi, noster quæ non dedit Idas;
Vocalem, longos quæ ducit Aëdona cantus:
Quæ, licet interdum contexto vimine clausa,
Quum parvæ patuere fores, ceu libera ferri
Novit, & agrestes inter volitare volucres:
Scit rursus remeare domum, tectumque subire
Viminis, & caveam totis præponere silvis.
Præterea tenerum leporem, geminasque palumbes
Nuper, quæ potui, silvarum præmia misi.
Et post hæc Donace nostros contemnis amores?
Forsitan indignum ducis, quod rusticus Alcon
Te cupiam, qui mane boves in pascua ducam:
Dii pecorum pavere greges, formosus Apollo,
Pan doctus, Fauni vates *, & pulcher Adonis.
Quin etiam fontis speculo me mane notavi,
Nondum purpureos Phœbus cum tolleret ortus,
Nec tremulum liquidis splenderet lumen in undis.
Quod vidi, nulla tegimur lanugine malas.
Pascimus & crinem *. Nostro formosior Ida

55. O *pastoralis Apollo*. Ab eo quod Admeti gregem olim pavisse creditus est. Hinc Virgilius Georg. lib. III. v. 2. canit: *Pastor ab Amphryso*. Ad poëticum hoc figmentum allusit Tibullus inquiens II. III. II. *Pavit & Admeti tauros formosus Apollo*.

56. *Dione*. *Diane* Palet.

75. *Ortus*. *Orbes* alii.

Te sola Ida amerà. Colla zampogna
Ida così cantò. Tu narra, o Febo,
Quel che rispose co' suoi versi Alcone.
Ad Apollo son sacri i nobil carmi.

Alc. *O alpestre Pale, o pastorale Apollo,*
E tu nostra Dione, a cui son seggio
D' Erice i gioghi, che nei secol tutti
Stringi dell' uomo i nuziali nodi,
Qual ho demerto, onde mi volga il tergo
La bella Doralice? A lei diei doni,
Ch' Ida non diede, un cardelin canoro,
Che lungo canta, e che talor rinchiuso
In vimine tessuto, allor che s' apre
Lo sportellin, di libertà qual donno
Guizzar sa pronto, e tra gli agresti augelli
Spiegar il volo, alla magion di nuovo
Sa ritornar e rientrar nel nido,
E la gabbia antepor all' ampia selva.
Anche un tenero lepre, e due colombi,
Dono dei boschi, io le mandai pocanzi,
Secondo la mia possa, e dopo questo
Tu sprezzi, Doralice, i nostri amori?
Forse indegno ti par, che il rozzo Alcone
Ti brami, il qual conduce in sul mattino
Al pasco i buoi? Resser la greggia i Numi,
Apolline leggiadro, il dotto Pane,
I fatidici Fauni, il bell' Adone;
Anzi sta mane mi specchiai nel fonte,
Mentre nato non era il Sol vermiglio,
Nè anco il tremolo raggio in mar splendea;
Per quel ch' io vidi, ancor non son le guance
Di lanugin coperte: io nutro ancora
La lunga capigliera, e più leggiadro
D' Ida son detto, e tu pur questo vanto

Dicor: & hoc ipsum mihi tu narrare solebas,
Purpureas laudando genas, & lactea colla,
Atque hilares oculos, & formam puberis ævi.
Nec sumus indocti calamis, cantamus avena,
Qua Divi cecinere prius, qua dulce locutus
Tityrus, e silvis dominam pervenit ad Urbem.
Nos quoque, te propter, Donace, cantabimur urbi:
Si modo coniferas inter viburna cupressos,
Atque inter pinos corylum frondescere fas est.
Sic pueri Donacen toto sub sole canebant:
Frigidus e silvis donec descendere suasit
Hesperus, & stabulis pastos inducere tauros.

ECLOGA III.*

Bacchus, et Pan.

Nyctilos, atque Micon, nec non & pulcher Amyntas
Torrentem patula vitabant ilice solem;
Quum Pan venatu fessus recubare sub ulmo
Cœperat, & somno lassatas sumere vires*;
Quem super* ex tereti pendebat fistula ramo.
Hanc pueri, tamquam prædam pro carmine possent
Sumere, fasque esset calamos tractare Deorum,
Invadunt furto; sed nec resonare canorem
Fistula, quem suêrat, nec vult contexere carmen;
Sed pro carminibus male dissona sibila reddit.

Tunc

90. *Inducere*. An cum Burmanno *includere*, quæ verba commutari vidimus alibi, & a Poëtis, præsertim ab Ovidio, usurpari solent.

* *Bacchus*. Inscribitur hæc Ecloga ab argumento. In hac Ecloga Pan inducitur cantare laudes ac munera Dei Bacchi, Nyctilo & Micone audientibus cum Amynta.

6. *Tamquam prædam*. Magis ingeniose, quam vere Robertus *prædem* convenire huic loco pro *prædam* censet; nempe sumunt fistulam loco pignoris.

Narrar solevi col lodar le gote
Porporeggianti, ed il sereno sguardo,
E il bianco collo, e il giovanile aspetto.
Nè le canne trattar ignoro; io canto
Colla zampogna, colla quale i Numi
Cantar dapprima, e colla quale Titiro
In dolci metri risonando intorno
Giunse dai boschi alla Città regina.
Io per te, Doralice, in Roma ancora
Verrò cantato, se l' umil viburno
Può tra la turba de' cipressi alteri,
E il tamarisco frondeggiar tra i pini.
Così di Doralice ivan cantando
Tutto il giorno i garzon, finchè la sera
Gli consigliò lasciar le fredde selve,
E condur nelle stalle i buoi pasciuti.

EGLOGA III.

il Bacco e Pane.

Il vago Aminta, Nittilo, e Micone
Dal sol cocente si fean schermo al rezzo
D' un elce aprica, allor che Pane stanco
Da lunga caccia s' era steso appena
Sotto d' un olmo, e riprendea col sonno
Le affaticate forze, a cui da un ramo
Sopra il plettro pendea. L' assalgon tosto
Di soppiatto i garzon, quasi tal preda
Possan rapir pei carmi, e il divo plettro
Trattar lecito sia; ma la zampogna
Nè canora sonar, nè tesser vuole
L' usato carme; ma de' carmi invece
Rende un stridulo fischio. Allor riscosso

Tum Pan excuſſus ſonitu ſtridentis avenæ,
Jamque videns, pueri, ſi carmina poſcitis, inquit,
Ipſe canam. Nulli fas eſt inflare cicutas,
Quas ego Mœnaliis cera conjugo ſub antris;
Jamque ego, Bacche, tuos ortus, & ſemina vitis
Ordine detexam: debemus carmina Baccho.
Hæc fatus, cæpit calamis ſic montivagus Pan.
  Te cano, qui gravidis hederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas*, qui comptas palmite tigres
Ducis odorato perfuſus colla capillo,
Vera Jovis proles*: jam tunc poſt ſidera Cœli
Sola Jovem Semele vidit Jovis ora profeſſum.
Hunc pater omnipotens, venturi providus ævi,
Protulit, & juſto produxit tempore partus.
Hunc Nymphæ, Faunique ſenes, Satyrique procaces,
Nos etiam Nyſæ viridi nutrimus in antro.
Quin & Silenus parvum veneratus alumnum,
Aut gremio fovet, aut reſupinis ſuſtinet ulnis,
Et vocat ad riſum digito, motuque quietem
Adlicit, aut tremulis quaſſat crepitacula palmis.
Cui Deus adridens, horrentes pectore ſetas
Vellicat, aut digitis aures adſtringit acutas,
Adplauditque manu mutilum caput*, aut breve mentum,
Et ſimas tenero collidit pollice nares.
Interea pueri floreſcit pube juventa,
Flavaque maturo tumuerunt tempora cornu*.

21. *Jam tunc*. Mavult Burmannus *nam tunc*.

28. *Reſupinis*. Dorv. & edit. Parm. *Reſupinus*.

Pane dal ſuon delle ſtridenti canne,
E ſorridendo diſſe, ove, garzoni,
Chiedete il canto, io canterò. Non lice,
Che alcun dia fiato al zuffolo, ch' io ſteſſo
Stringo con cera ne' Menalj spechi;
E già per ſerie andrò teſſendo, o Bacco,
Il naſcer tuo, e della vite i ſemi.
Dobbiamo a Bacco i carmi; e colle canne,
Ciò detto, incominciò l' alpeſtre Pane.
Te vera prole del gran Giove io canto,
Che coi molli corimbi, e l' edre inteſſi
Le ghirlande di vite, e ſparſo il tergo
Dell' odoroſo crin guidi le tigri
Di tralci adorne. Allor Semele ſola
Dopo gli Aſtri del cielo il vero aſpetto
Vide di Giove. Lui già diede al giorno
Antiveggendo i ſecoli futuri
Il ſommo Padre, e con maturo tempo
Il parto rallungò. Queſto le Ninfe,
I vecchi Fauni, i Satiri procaci,
Noi pur di Niſa nelle verdi tane
Abbiam nodrito. Il pargoletto Alunno
Pur Silen riſpettando in ſen lo ſcalda,
O lo ſoſtien con amoroſo ampleſſo,
E col dito lo deſta al riſo, e al ſonno
Gongolando lo alletta, od il ſonaglio
Fa tintinnir colla tremante mano;
Cui ſorridendo il ſetoloſo petto
Vellica il Nume, e colle dita ſtringe
Le lunghe orecchie, e palpa il mozzo capo,
O il breve mento, e le ſchiacciate nari
Col pollice percote. Intanto il fiore
Di gioventù nella novella etade
Si rinverdiſce, e pel maturo corno

Tum primum lætas oſtendit pampinus uvas.
Mirantur Satyri frondes & poma Lyæi.
Tum Deus, o Satyri, maturos carpite fructus,
Dixit, & ignotos, pueri, calcate racemos.
Vix hæc ediderat, decerpunt vitibus uvas,
Et portant calathis, celerique illidere planta
Concava ſaxa ſuper properant, vindemia fervet
Collibus in ſummis, crebro pede rumpitur uva,
Nudaque purpureo ſparguntur pectora muſto.
Tum Satyri, laſciva cohors, ſibi pocula quiſque
Obvia corripiunt: quod ſors dedit, hoc capit uſus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco:
Concavat ille manus *, palmaſque in pocula vertit:
Pronus at ille lacu bibit, & crepitantibus haurit
Muſta labris: alius vocalia cymbala mergit:
Atque alius latices preſſis reſupinus ab uvis
Excipit, at potis ſaliens liquor ora reſultat,
Spumeus inque humeros, & pectora diffluit humor.
Omnia ludus habet, cantuſque choroſque licentes,
Et Venerem jam vina movent, raptantur amantes,
Concubitu Satyri fugientes jungere Nymphas;
Jam jamque elapſas hic crine, hic veſte retentat.
Tum primum roſeo Silenus cymbia muſto
Plena ſenex avide non æquis viribus * hauſit.
Ex illo venas inflatus nectare dulci,

38. *Et poma Lyæi.* *Dona* melius.
45. *Nudaque purpureo.* *Udaque* palmas.

49. *Palmaſque.* Doruil. & Palat. ma[illegible] Heinſius.

Gonfian le bionde tempia. Il tralcio allora
D'uva novella fa festosa pompa.
I Satiri le frondi, e i dolci pomi
Ammirano di Bacco. Allora il Nume,
Satiri, disse, raccogliete i frutti,
E calchi il vostro piè, lieti garzoni,
I grappoli stranier, ciò detto appena,
Raccolgon l'uve delle viti, e allegri
Le portano ne' cesti, e sulle pietre
S'affrettano schiacciarla: in cima ai colli
Già ferve la vendemmia: è l'uva infranta
Dal piè veloce, e di vermiglio mosto
Si sparge il nudo seno. Allor le tazze
Si brandiscon da' Satiri procaci;
Quello ch' offre la sorte, or l'uso afferra.
Chi tiene un ciottolone, quell'altro beve
Entro ricurvo corno, altri la mano
Di concavo bicchier ripiega a foggia,
Quel bee prono dal tin, chi 'l mosto assorbe
Colle stridenti labra: altri v' immerge
Il cembalo sonoro, altri sdrajato
Dall' uve stritolate il sugo accoglie,
E schizzando il liquor nel ber zampilla,
E per le spalle, e per il petto scorre
L'umor spumoso. Tutto è pien di scherzi,
E già del vino si risveglia il canto,
E lo sfrenato ballonzare, e amore.
Rapite son le fuggitive amanti,
E chi nel crin già sdrucciolate afferra,
Chi le tien nella veste. Allor le tazze
Colme di mosto porporin tracanna
Sileno ingordo non con forze eguali.
Quindi del dolce umor gonfio le vene,
E dalla prima gozzoviglia oppresso

Hesternoque gravis semper ridetur Jaccho,
Quin etiam Deus ille, Deus Jove prosatus ipso,
Et plantis uvas premit & de vitibus hastas
Ingerit, & Lynci præbet cratera bibenti.
Hæc Pan Mænalia pueros in valle docebat,
Sparsas donec oves campo conducere in unum
Nox jubet, uberibus suadens siccare liquorem
Lactis, & in niveas adstrictum cogere glebas.

ECLOGA IV.

EROS *.

LYCIDAS, MOPSUS.

POPULEA Lycidas, nec non & Mopsus in umbra,
Pastores, calamis ac versu doctus uterque,
Nec triviale sonans, proprios cantabat amores.
Nam Mopso Meroë, Lycidæ crinitus Jolas
Ignis erat: parilisque furor de dispare sexu
Cogebat trepidos totis discurrere silvis.
Hos puer ac Meroë multum lusere furentes,
Dum modo condictas vitant in vallibus ulmos,
Nunc fagos placitas fugiunt, promissaque fallunt
Antra, nec est animus solitos adludere fontes.
Tum tandem fessi, quos lusus adederat ignis,
Sic sua desertis nudarunt vulnera silvis,
Inque vicem dulces cantu dixere querelas.
Mops. Immitis Meroë, rapidisque fugacior euris,
Cur nostros calamos, cur pastoralia vitas

65. *Et lynci*. Quod est alterum animal Baccho consecratum.

Bibenti. Dorvil. legit *bidenti*.

* *Eros*. Hoc est amatorius, sive amor. In hac Ecloga Lycidas, & Mopsus amores suos querelis desperati prosequuntur, Meroës Mopsus, & Lycidas Jolæ.

11. *Tum*. Scribendum *dum* juxta Codicem Palat.

13. *Dixere*. Heinsius *duxere*, & ita in Palatino fuisse testatur. Sed obvia hæc corrigendi facilitas sæpe facit, ut dubites, quid præferas.

Sempre oggetto è di riso. Ancor quel Dio,
Quel Dio figlio di Giove e col piè preme
I tini, e l'aste colle viti intreccia,
E alle linci assetate offre i bicchieri.
Pane così nella Menalia valle
Ammaestra i garzon, finchè la notte
Di radunar lo sparso gregge impera,
Trar consigliando dalle poppe il latte,
Ed addensarlo in candide ricotte.

EGLOGA IV.

L'AMORE.

Licida e Mopso.

D'un pioppo all'ombra in non volgare suono
Cantavan loro amor Licida e Mopso
Pastori, ambi nel plettro, e in versi esperti;
Poichè Meroe di Mopso, Jola chiomato
Di Licida era fiamma; e smania uguale
Per sesso disegual errar gli fea
Per tutto il bosco paventosi, incerti.
Di questi furibondi in molte guise
Si preser gabbo Meroe, e il garzoncello,
Mentre gli olmi prescritti or van schermendo,
Or fuggon l'ombra de' giocondi faggi,
Nè lor cale degli antri, e delle fonti.
Alfine stanchi, e dalle fiamme accesi
In tal guisa fean conte all'erme selve
Le lor ferite, e con alterno canto
Sfogar dogliosi i lor giocondi lai.
Mopf. *Meroe spietata, e di veloce vento*
Assai più lieve, perchè vai lontana
Dal nostro plettro, e pastoral concento?

Carmina? Quamve fugis? Quæ me tibi gloria victo?
Quid vultu mentem premis, ac spem fronte serenans,
Tandem dura negas? Non possum nolle negantem.
Cantet, amat quod quisque*; levant & carmina curas.
Lycid. Respice me tandem, puer o crudelis Jole.
Non hoc semper eris. Perdunt & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent,
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras.
Donum forma breve est, nec se tibi commodat annis.
Cantat, amet quod quisque; levant & carmina curas.
Mops. Cerva marem sequitur, taurum formosa juvenca,
Et venerem sensere Lupæ, sensere leænæ,
Et genus aërium volucres, & squamea turba,
Et montes, sylvæque: suos habet arbor amores.
Tu tamen una fugis; miserum tu perdis amantem.
Cantet, amat quod quisque, levant & carmina curas. 31
Lycid. Omnia tempus alit, tempus rapit: usus in arto est.
Ver erat, & vitulos vidi sub matribus istos,
Qui nunc pro nivea cojere in cornua vacca.
Et tibi jam tumidæ nares, jam fortia colla,
Jam tibi bis denis numerantur mensibus anni.
Cantet, amat quod quisque, levant & carmina curas.
Mops. Huc, Meroë formosa, veni; vocat æstus in umbram:

30. *Perdit.* Heinsius malebat *spernit.*

35. *Et tibi.* In Cod. Palat. habetur *quod tibi.*

Da chi tu ſuggi? E qual ài gloria inſana
Del mio trionfo? A che mi alletti, e aſcoſe
Tieni la mente, e ſei poſcia inumana?
Pur ſon ſtretto ad amarti ancor ritroſa.
Canti ciaſcun i ſuoi leggiadri amori;
E' ſolazzo il cantar d'alma dogliosa.
Licid.*Jola, crudo garzon, alfin m' onori*
Un guardo tuo; non tale ognor ſarai.
Muor tra i ſpini la roſa, in campo i fiori;
Nè ſempre i gigli biancheggiar vedrai;
Nè lungo tempo il crin frondoſo ſerba
L'uva, nè il pioppo l'ombra. I vaghi rai
Son breve don della beltà ſuperba.
Canti ciaſcuno le ſue fiamme: il canto
Le cure allegeriſce, e diſacerba.
Mopſ.*La cerva ſegue il maſchio, e move accanto*
Del toro la giovenca, e di Citera
Sente lo ſpron la lupa, e orribil tanto
La lioneſſa, e la ſquammoſa ſchiera
Gli augelli, i monti, e i boſchi, e fin le piante,
Han la lor dolce fiamma e luſinghiera.
Tu ſola fuggi, l'infelice amante
Perdi tu ſola. Ognun canti ſua face:
Tempran i carmi il cor laſſo, ondeggiante.
Licid.*Il tempo tutto nutre, e tutto sface.*
Scabroſo è l'uſo. Pe' dipinti lidi
Ridea la primavera alma e vivace,
E già queſti vitei poppar io vidi,
Ch'or ſan per bianca vacca aſpri cimenti;
E tu le nari ài già rigonfie, e sfidi
Col forte collo i più robuſti, e venti
Anni già conti. Ognun gli amor ſuoi canti.
Lievi fa il canto anco i penſier dolenti.
Mopſ.*Vieni, Meroe leggiadra, a me davanti:*

Jam pecudes ſubiere nemus, jam nulla canoro
Gutture cantat avis, torto non ſquamea tractu
Signat humum ſerpens. Solus cano, me ſonat omnis
Silva, nec æſtivis cantu concedo cicadis.
Cantet, amat quod quiſque, levant & carmina curas.

Lycid. Tu quoque ſæve puer, niveum ne perde colorem*
Sole ſub hoc; ſolet hic lucentes urere malas.
Hic age pampinea mecum requieſce ſub umbra:
Hic tibi lene fluens fons murmurat; hic & ab ulmis
Purpureæ fœtis dependent vitibus uvæ.
Cantet, amat quod quiſque, levant & carmina curas.

Mopſ. Qui tulerit Meroës faſtidia longa ſuperbæ,
Sithonias feret ille nives, Libycoſque calores,
Nerinas potabit aquas*, taxique nocentis
Non metuet ſucos, Sardoaque gramina vincet,
Et ſua marmaricos coget juga ferre leones.
Cantet, amat quod quiſque, levant & carmina curas.

Lycid. Quiſquis amat pueros, ferro præcordia duret,
Nil properet, diſcatque diu patienter amare,
Prudenteſque animos teneris non ſpernat in annis,
Perferat & faſtus. Sic olim gaudia ſumet,
Si modo ſollicitos aliquis Deus audit amantes.
Cantet, amat quod quiſque; levant & carmina curas.

56. *Quiſquis*. Deſunt hic ſex verſus, uti advertit Codex.

59. *Perferat*. Dorv. legit *preferat*.

L' ardor t' invita al rezzo. Ecco lo stuolo
Dell' agnellette entrò nel bosco: i canti
Cessa l' augello; nè più segna il suolo
Di tortuose spire il serpe immondo.
Canto nei campi taciturni io solo.
Mi fa la selva tutta eco giocondo;
Nè cedo alle cicale. Ognun sua vampa
Canti; alle cure il canto allevia il pondo.

Licid.*Tu pur, dolce garzon, sotto tal vampa*
Deh non annera il bel color di neve;
Questo calor le lisce guance avvampa.
Qui meco siedi all' ombra: in dolce e lieve
Suon mormorando quì zampilla il rivo;
E quì dall' olmo rigoglioso e grave
Pendon l' uve vermiglie. Ognun giulivo
Canti d' amor le sue famose gare;
Il canto allevia il cor di gioja privo.

Mopf.*Chi le lunghe soffrì querele amare*
Di Meroe altera, pur di Scizia il gelo
Soffrirà, e il caldo d' Affrica, e del mare
L' acqua berrà, nè temerà lo stelo
Del mortal tasso, e vincerà il veleno
Della Sardegna, o altro maligno Cielo;
E il lione marmarico ed Armeno
Al giogo astringerà. Ciascun sua vampa
Canti; le cure il canto addolce in seno.

Licid.*Quel che d' amor per garzoncelli avvampa,*
Non s' affretti, e col ferro il core induri,
E tollerare l' amorosa lampa
Gran tempo impari, e gli animi maturi
Non sprezzi dell' età nel verde fiore,
E soffra i fasti pertinaci e duri.
Così fia lieto un dì, se pur amore
Ascolta il Cielo. Ognun cantar s' accinga

Mopf. Quid prodeft, quod me pagani mater Amyntæ
Ter vittis, ter fronde facra, ter thure vaporo
Luftravit, cinerefque averfa effudit in amnem,
Incendens vivo crepitantes fulphure lauros, 65
Cum fic in Meroën totis mifer ignibus arfi?
Cantet, amat quod quifque, levant & carmina curas.

Lycid. Hæc eadem nobis varieque coloria fila,
Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas: 69
Cantavit, quod Luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt fcopuli, migrant fata, vellitur arbos.
Plus tamen ecce meus, plus eft formofus Jolas.
Cantet, amat quod quifque: levant & carmina curas.

68. *Varieque coloria fila.* Vel ex funt veftes pictæ Cypriorum lingua, ut quidam cenfent; vel dictum eft imitatione Virgilii Eclog. VIII. 73.
Terna tibi hæc primum triplici diverfa colore Licia circumdo.

69. *Circumtulit herbas.* Alii legunt *artes.*



Sua face; il canto addolce il mesto core.
Mopf.*Che giova, che d' Aminta il crin mi cinga*
La genitrice d' onorata fronda,
E tre volte di bende ella mi cinga;
E tre fiate mi profumi, e all' onda
Getti con torta fronte il cener sparso,
Gli allor brucciando sull' erbosa sponda,
Mentre per Meroe misero son arso
Tutto di fuoco? Ognun canti il suo bene;
Di dolcezza è dal canto il duol cosparso.
Ella dipinte vesti in queste arene,
E di Mical portò stranier germoglio;
Versi cantò, per cui la Luna sviene,
E scoppia il serpe, i campi van, lo scoglio
Rapido corre, l' albero si schianta;
Pur Jola è più bel. Sue fiamme io voglio,
Canti ciascun; raddolce il duol chi canta.

ANNOTATIONES
AD
BUCOLICON
NEMESIANI.

Ecl. I. v. 14. *Jam mea ruricolæ.* Cum artem aliquam desinere volebant Veteres, & ab exercitio aliquo in posterum se abstinere, ejus exercitii instrumenta cuipiam Deo, qui arti illi præesset, affigere consueverunt. Sic Herculi arma gladiatores & milites, Veneri speculum meretriculæ, pupas virgines grandiores, Laribus bullas pueri, qui ex ephœbis excessissent, suspendebant. Horat III. Od. 26.

Nunc arma, defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit.

Virg. Ecl. VII.

Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

Sic Simon dives repente factus apud Lucianum Pani ligonem, & sagum suspendit.

35. *Omniparens æther.* Tangit latenter quorundam philosophorum opiniones de principiis rerum: æthérem autem omniparentem idcirco fortasse vocat, quia ad rerum generationem semen cœlo delapsum stellarum elemento proportione respondens existimaverit Nemesianus, qua de re plura adnotavit Burmannus in Commentariis ad Senecam de Beneficiis. Thales vero aquam omnium rerum principium statuebat, quæ opinio videtur ab ingeniorum fonte Homero fluxisse. Virgilius etiam cecinit Georg. IV. v. 381.

. . . . Simul ipse precatur
Oceanumque patrem rerum,
Nymphasque sorores.

39. *Sublimes animæ cœlestia templa.* Eorum, qui bene vixerant, animas Poetæ, aliique Sapientes veterum in cœlum post obitum evolare putabant. Manilius lib. IV. v. 884.

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,
In cœlumque redire animas, cœloque venire?

44. *Novissimus ævi circulus.* Aut annum octuagesimum primum intelligit, aut potius centesimum, aut quamdiu homo vivere naturaliter solet. Plura docet Plinius, nec non Galenus, & Fracastorius plura addunt de annis climatericis.

Ecl. II. v. 3. *Furiata mente ruebant.* Abundantiam amoris denotat, quæ sæpe in furorem converti solet; unde amor furor a Poetis nuncupatur.

11. *Quod non tam tenui filo.* Asperam arteriam accipe, per quam vox emittitur; ac de voce quidem, quæ ad hunc locum intelligendum necessaria esse possunt, ex Aristotele habemus in Problematis Sect. II. prob. 16. Quærebat autem ille Philosophus, cur vocem emittant acutam pueri, mulieres, decrepiti, spadones ac exitum quæstionis repetit ab eviratione &c.

51. *Dum Bacchus vites, Deus & sata poma Priapus.* In lectione hujus carminis certant Interpretes. Sunt qui ita interpungunt: *dum Bacchus vites Deus, & sata poma Priapus.* Dura vero omnia, & coacta in hac Ulitii explicatione videntur Burmanno, qui caussam non videt, cur hic *Deus* dicatur vel Bacchus, vel Priapus. Legendum itaque opinatur: *dum Bacchus vites meus, & sata Poma Priapus*; ut supra v. 42 *nostrum Bacchum* dixit, & mox *nostra Dione.*

57. *Quæ juga celsa tenes Erycis.* Eryx mons est Siciliæ, in cujus cacumine templum Veneri dicatum extabat fama toto orbe notissimum, auctore Polybio: de eo sic Virgilius ait v. 759.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

73. *Fauni vates.* Fatidicus Faunus, & Oraculorum præses. Virg. III. Æneid. 81. Colebant Faunum & Faunam, hanc fœminis, illum maribus responsa reddentem. Adonis pulchritudinem plurimi commemorant, inter quos Virg. X. Ecl. 18.

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.

78. *Pascimus & crinem.* Qui mos fuit puerorum apud antiquos præsertim impudicorum; hunc deinde ex ephœbis egressi præcidentes alicui Deo consecrare moris fuit. M. Varro de Liberis educandis apud Nonium. *Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum; item cirrhos ad Apollinem ponere solent.* Martial. lib. I. 32.

Hos tibi, Phœbe, vovens totos a vertice crines,
Encolpus domini Centurionis amor.

Ecl. III. v. 4. *Lassatas sumere vires.* Magna his Interpretum in lectione hujus carminis. In Longobarcica editione *lassus resumere vires*; & productio primæ litteræ non uno in loco reperitur. Heinsius legebat *laxatas sumere vires*; alii *lapsas resumere vires.* Burmannus corrigit totum carmen, ut licet; *ex somno lapsasque resumere vires.*

5. *Quem super.* Burmannus legit *supra*, quia inter fistulam & Panis corpus erat interjectum spatium; sed dubitanter id asserit, quia fortasse hoc discrimen non semper observarunt veteres.

19. *Vitea serta plicat.* Nam & vitis quoque ejusdem inventum esse creditur, unde *vitis consitor*, & *vitis sator* nuncupatur. Tigres vero Baccho sacravit Antiquitas; itaque ipsius Dei currus a tigribus duci fingitur, quoniam, ut scribit Fulgentius, omnis vinolentia feritati semper insistat.

21. *Vera Jovis proles.* Quoniam, Semele fulmine tacta, Bacchus supervixerit, ut hoc non levi indicio Jovis filium se esse probaverit, præterquam quod in ipsius femore justum dierum ad nascendum numerum est consequutus. Notum est omnibus Poetarum figmentum.

32. *Mutilum caput.* Oppido eleganter; totum enim Sileni caput quasi simum est. Vide elegantissimam descriptionem & depictionem ejus apud Casaubonum incomparabilem Antiquitatis vindicem libro priore eorum, quos de Satyrica & Satyra dedit.

36. *Tumuerunt tempora cornu.* Plures rationes a scriptoribus afferuntur, cur Baccho cornua sunt tributa; nam vel eo corporis habitu Deum illum fingi volunt, quia Ammonis filius crederetur, cui nimirum cornua tribuerit Antiquitas; aut quia primus boves jugo copulaverit, ut fit idem qui Osyris; aut cornua audaciam denotant, quoniam quidem audaces efficiuntur, qui liberalius biberint: aut ad cornu referri debet, quo pro poculo usos fuisse Veteres constat: aut aratri inventionem denotat. Videndi sunt Diodorus, Porphyrius, alii: ex iis, qui Burmanni tempore floruerunt, Gyraldus, & Natalis de Comitibus.

40. *Concavat ille manus.* Quod expeditissimum est poculi genus. Itaque Diogenes ille Cynicus omnis otiosæ, supervacaneæque supellectilis vaide abhorrens, viso puero, qui e fonte cavis manibus aquam ad bibendum hauriebat, ligneum poculum, quod in pera gestabat, tamquam instrumentum minime necessarium abjecit.

60. *Non æquis viribus.* Vel impar ad poculum sustollendum: vel non ferente stomacho tantam vini copiam. Eamdem locutionem reperies apud Maronem: V. 810.

. . . . Nec viribus æquis
Nube cava eripui.

Ecl. IV. v. 19. *Cantet, amat quod quisque.* Cantum ad tædium minuendum, quod ex amore percipitur, plurimum valere docet Plutarchus in Quæstion Conviv. unde recte dictum ab Horat. IV. Od. XI; v. 35. *Minuuntur atræ carmina curæ.*

44. *Niveum ne perde colorem.* Hunc sensum ita expressit Virgil. Ecl. II. 16.

Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses:
O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

52. *Nerinas potabit aquas.* Filiæ Nerei, hoc est Galathææ, per quam mare ipsum intelligit, cujus aqua potui amarissima est. Virgil. Ecl. VII. 37.

Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

52. *Taxique nocentes.* Taxum inter præsentia venena Veteres numerarunt. Aves ea vescentes denigrari, homines profluvio ventris tangi, in Italia; Narbonæ vero tam præsentis esse veneni, ut sub ea dormientes lædantur, quin & moriantur aliquando scribit Diosc. lib. IV. Cap. 68. Theophrastus vero lib. III. Hist. Plant. cap. 10 ait jumenta folia taxi edentia emori, dumtaxat quæ non ruminent, ruminantia non lædi. Apud Cantabros vulgo venenum ex hac arbore eliquari auctor Florus lib. IV.



GRATII FALISCI
CYNEGETICON.

PRÆFATIO.

GRATII, id quod paucis invidit fortuna, ex omni Antiquitate, nemo veterum Scriptorum meminit præter Ovidium, cujus verſus vulgo notus eſt. Nam Manilius incertum hunc an alium ſenſerit, cum de hujus materiæ Scriptore loquitur. Obſcurum fuiſſe adhuc florente Lingua Latina argumento eſt, quod Nemeſianus, qui multis poſt ſæculis ejuſdem tituli librum ſcripſit, primum ſe hoc argumentum tractandum litteris poëticis aggreſſum eſſe jactat. Non facturus utique, ſi tum hujus luculenti Poëtæ nomen viguiſſet. Quicumque fuerit hic Gratius, luculentus ſane Poeta fuit, & in quo merito ſæculi felicitatem agnoſcit incomparabilis Cenſor, Scaliger.

Omnia de noſtro Gratio ſunt perquam obſcura; prænomen, & cognomen: ambo temporum injuria, atque alto ſilentio ſcriptorum perierunt; nil præter ſuum atque operis nomen, unica mentione Ovidiana ſuperſtes factum eſt. Verum Gratiæ familiæ quædam monumenta extant apud Gruterum: & varia cognomina, Glaucus, Xanthius, Eutyches. Haud miror ſane nullam fieri mentionem

ejus in ſcriptis Veterum, cum ex hiſce cognominibus ſatis pateat fuiſſe ruſticam atque ignobilem. Sed Poëta nobis Patriam ſuam detegit hoc verſu: *noſtris imbellia lina Faliſcis*. Nos Batavos Editores ſecuti, Gratii Poëma cum Nemeſiano copulavimus, dum idem tractat argumentum. Et quemadmodum hæc Poëmata jucunda fuere Immortali Chriſtinæ Unnorum, & Vandalorum Reginæ, & magno Iſaaco Caſaubono Angliæ Regis a conſiliis, quibus conſecrata prodierunt; ita ſperamus parem jucunditatem neotericos & eruditos lectores in præſens eſſe collecturos.



PREFAZIONE.

Ciò che a pochi invidiò la fortuna, nessun Scrittore di tutta l'Antichità fece menzione di Grazio fuor che Ovidio, il di cui verso è molto noto. Imperocchè ella è cosa incerta se Manilio avesse di mira questi, od altri, allorchè favella dello Scrittore di questa materia. Ch' egli non fosse conosciuto, quando fioriva la Lingua Latina, abbiam l' argomento, perchè Nemesiano, il quale dopo molti secoli adoprò nel suo Libro lo stesso titolo, si gloria di essersi accinto il primo a trattar questo argomento; il che fatto non avrebbe, se fosse stato allora in vita il nome di questo illustre Poeta. Chiunque si fosse egli cotesto Grazio, fu certamente un chiaro Poeta, e nel quale Scaligero, impareggiabile Critico, con ragione ravvisa la felicità del secolo.

Ogni cosa, che appartiene a Grazio, se 'n giace avvolta d' oscurità; il prenome, e il cognome, entrambi perirono per l' oltraggio dei tempi, e pel silenzio profondo degli Scrittori. Nulla ci rimase, eccetto che il suo nome, e quello dell'Opera, colla sola ricordanza di Ovidio. Sebbene presso Grutero

esistono alcuni monumenti della Famiglia Grazia, e varj cognomi, Glauco, Xantio, Eutiche. Io però non mi maraviglio, che negli scritti degli Antichi non se ne faccia alcuna menzione, mentre da somiglianti cognomi si fa troppo manifesto, ch' ella fu contadinesca ed ignobile. Ma il Poeta egli stesso ci scopre la sua Patria in questo verso: nostris imbellia lina Faliscis. *Noi seguendo le tracce degli Editori Olandesi abbiamo unito il Poema di Grazio e Nemesiano, mentre tratta dello stesso argomento. E siccome questi Poemi furono già cari all' Immortale Cristina, Regina degli Unni e de' Vandali, ed al grande Isacco Casaubono Gran Cancelliere del Re d' Inghilterra, a cui vennero consecrati; così speriamo che non minor piacere recherà al presente la lor lezione agli eruditi odierni leggitori.*



DI GRAZIO FALISCO
LA CACCIA.

GRATII FALISCI

CYNEGETICON.

DONA cano Divûm, lætas venantibus artes,
Auſpicio, Diana, tuo; prius omnis in armis
Spes fuit, & nuda ſilvas virtute movebant
Inconſulti homines, vitaque erat error in omni *;
Poſt alia propiore via, meliuſque profecti,
Te ſociam, Ratio, rebus ſumpſere gerendis.
Hinc omne auxilium vitæ, rectuſque reluxit
Ordo: & continuas didicere ex artibus artes
Proferere; hinc demens cecidit violentia retro.
Sed primum auſpicium Deus artibus, altaque circum
Firmamenta dedit; tum partes quiſque ſecutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.
Tu trepidam bello vitam, Diana, ferino,
Quâ primam quærebat opem, dignata repertis
Protegere auxiliis, orbemque hac ſolvere noxa.
Adſcivere tuo comites ſub nomine divæ
Centum omnes nemorum, centum de fontibus, omnes
Najades, & Latii cultor qui Faunus amœni,
Mænaliuſque puer, domitrixque Idea leonum
Mater, & inculto Silvanus termine gaudens.
His ego præſidibus noſtram defendere ſortem
Contra mille feras, & non ſine carmine; niſus

11. *Firmamenta dedit*. Vlitius legit *fundamenta*.

14. *Quâ primam*. Legitur *primum*.

16. *Adſcivere*. Heinſius conjicit: *Aſcitaque*. *Nomine*. Barthius & Vlitius malunt *Numine*.

18. *Najades, & Latii cultor*. MSS. habent: *Najades & Latii, Faunus, qui cultor amœni*.

22. *Niſus*. Ita reſcripſit Burmannus, donec aliquis *luſus* illos, quos vulgata exhibet, nobis approbet. Turnebus conjicit: *& non ſine crimine luſus*.

DI GRAZIO FALISCO

LA CACCIA.

Col tuo ſavor, Diana, i doni io canto
De' Numi, ai Cacciatori arti gioconde.
Ogni ſpeme dapprima era nell' armi;
E col nudo valor ſolean le ſelve
Travagliar i mortali, e lo ſcompiglio
Era guida dell' opre. Indi battendo
Altro più buon ſentier te norma e duce
Preſer, alma Ragion, di loro impreſe.
Quindi il ſoſtegno della vita, e il retto
Ordin riſulſe, e dar progreſſo all' arti
Appreſero dall' arti; indi la pazza
Violenza arretrò: ma Dio dell' arti
E' principio ſovrano, e d' alta baſe
Le cinſe intorno; allor compì ciaſcuno
Docil ſue parti, e la felice meta
L' induſtria attinſe. Tu la vita incerta
Tra le ſilveſtri pugne, onde alimento
Traea dapprima, ſoſtener corteſe
Ti degnaſti, o Diana, e ſciorre il mondo
Da queſto danno. A te traſſer dei boſchi
Tutte le Dee cento compagni, e cento
Le Najadi dai ſonti, e il Fauno agreſte
Dal Lazio ameno, e il Menalo fanciullo,
E dei lion la domatrice Idea,
E pei confin feſtoſo il buon Silvano.
Con queſti Numi tutelar m' accingo
La noſtra ſorte contro a mille fiere
Difendere cantando, e con il canto
Della Caccia dirò gli ſforzi e l' armi,

Carmine, & arma dabo venandi, & persequar artem
Armorum, cassesque, plagarumque ordiar astus.
Prima jubent tenui nascentem jungere filo
Limbum, & quadruplici tormento adstringere limbos *.
Illa operum patiens, illa usus linea longi.
Tunc ipsum medio cassem qui nascitur ore,
Per senos circum usque sinus laqueabis, ut omnem
Concipiat tergo, si quisquam est plurimus, hostem;
Et bis vicenos spatium prætendere passus
Rete velim, plenisque decem consurgere nodis.
Ingrati majora sinus impendia sument.
Optima Cinyphiæ, ne quid cunctere, paludes
Lina dabunt; bonus Æolia de valle Sibyllæ
Fœtus, & aprico Tuscorum stupea campo
Messis, contiguum sorbens de flumine rorem,
Qua cultor Latii per opaca silentia Tibris
Labitur, inque sinus magno venit ore marinos.
At contra nostris imbellia lina Faliscis:
Hispanæque alio spectantur Sætabis usu *.
Vix operata suo sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes æstivi turba Canopi.
Ipse in materia damnosus candor inerti
Ostendit longe fraudem, atque exterruit hostes.
At pauper rigui custos Alabandicus * horti
Cannabias nutrit silvas, qua commoda nostro
Armamenta operi: gravis est tutela sed illis,
Tu licet Æmonios includas sentibus ursos.
Tantum ne subeat vitiorum pessimus humor,

31. *Vicenos*. MS. habet *viceno*. 42. *Bubastia*. Oppidum Egipti.

E dell' armi l' induſtria, e andrò tracciando
Le reti, e delle maglie il ſaggio ingegno.
Si vuol dapprima la naſcente trama
Teſſer con tenue filo, e i lembi ſtringere
Con torta fune, e ſofferenza, e lungo
Tempo chiede il lavoro. Allor la rete,
Che va ſorgendo, ſtringerai d' intorno
Sì che nel tergo la nemica ſchiera
Accoglier poſſa. Ed io vorrei che ingombri
Quaranta paſſi il paretajo, e ſorga
Appeſo a dieci nodi. Il ſeno ingrato
Vieppiù s' allargherà. Tu non indugia:
A te daran le Libiche paludi
Ottimo lino: dall' Eolia valle
Della Sibilla avrai buon frutto, e buono
Il canape Toſcan, che la rugiada
Sorbendo va, dove tranquillo ſcorre
Fecondator del Lazio il Tebro opaco,
E trabocca nel mar gonfio e ſonoro.
Ma de' noſtri Faliſci il lin non giova,
Nè dell' Iſpana Setaba i lavori;
Ed in Bubaſte di ſue trame appena
Teſſe velo al corſier l' arſa Canopo
Ne' ſagrifizj ſuoi. Nuoce il candore
Nell' opra inerte, che da lungi avviſa
L' occulta frode, e gli animai ſpaventa.
Ma il meſchin Alabandico cuſtode
Dell' acquoſo giardin le denſe ſelve
Di canape nudriſce, onde gli arneſi
Avrai nell' opra; pur di grave cura
Nel ſerbarli è meſtier, benchè nei boſchi
Le Teſſaliche fiere avvolga e cinga.
Prima ti guarda, che 'l peggior tra i mali,
L' umor non vi penetri; ad uſo alcuno

Ante cave: non eſt humentibus uſus in armis;
Nulla fides. Ergo, ſeu preſſa flumina valle
Inter opus, cauſſæque malum fecere paludes:
Sive improviſus cœlo perfuderit imber:
Illa vel ad flatus Helices oppande ſerenæ,
Vel caligineo laxanda reponito fumo.
Idcirco & primas linorum tangere meſſes
Ante vetant, quam maturis accenderit annus
Ignibus, & claro Plejas ſe prompſerit ortu.
Imbiberit, tanto deſpondet longius uſu,
Magnum opus, & tangi niſi cura vincitur impar.
Nonne vides, veterum quos prodit fabula rerum,
Semideos, illi aggeribus tentare ſuperbis
Ire freta; & matres auſi tractare Deorum,
Quam magna mercede meo ſine munere ſilvas
Impulerint: flet adhuc & porro flebit Adonim
Victa Venus, ceciditque ſuis Ancæus * in arvis,
Ut prædexter erat geminiſque ſecuribus ingens.
Ipſe deus, cultorque feri Tyrinthius orbis,
Quem mare, quem tellus, quem præceps janua Ditis
Omnia tentantem, qua laus erat obvia, paſſi:
Hinc decus & famæ primus patravit honorem.
Exige, ſi qua meis reſpondet ab artibus ergo
Gratia, quæ vires fallat collata ferinas.
Sunt, quibus immundo decerptæ vulture plumæ
Inſtrumentum operis fuit, & non parva facultas.
Tantum inter nivei jungantur vellera cygni:

53. *Cauſſæque malum*. Gronovius conjicit legendum: *clauſæque malum*; quod in contextum recipiendum videtur: ut tam paludes, quam flumina intelligantur retibus, vel indagine ſepta, ac clauſa.

66. *Impulerint*. Juxta Barthium ſcribe: *impulerunt*.

67. *Victa*. Gronovius legit. *Icta*.

74. *Gratia*. Alluſit ad nomen ſuum, ut & infra:

Quem plurima ſemper
Gratia per noſtros unum teſtabitur uſus.

Non valgon l' umide armi, e tornan vane.
Dunque se d' umil valle i pigri fiumi,
O le chiuse paludi a lor fan danno,
O sparse sono d' improvvisa pioggia,
Le stendi all' aura d'Aquilon sereno,
O le riponi ad allargarsi al fumo.
Perciò si vieta di raccor la messe
Del primo lino, pria che l' anno accenda
Matura fiamma, e colla chiara luce
La Plejade si mostri. Il gran lavoro
Ben dapprima s' imbeva; il lungo tempo
Strugge coll' uso, e sol l' industre cura
Render lo può vittorioso e saldo.
Non vedi i Semidei, di cui risuona
La Fama favolosa; essi del mare
L' onde tentar con orgogliose moli,
E fur osi de' Numi all' alte madri
Portar affanno e duol? Senza il mio dono
Con qual mercede affaticar le selve?
Venere vinta ancora piange Adone,
E sempre piangerallo; e cadde Anceo
Ne' campi suoi, quantunque destro, e armato
Di doppia scurre. Il divo Ercole stesso,
Che ingentilito ha 'l rozzo mondo e fiero,
Che il mar, la terra, e la tartarea soglia
Vider accinto ad ogni dura impresa,
Ove d' onor s' apriva il nobil varco,
Ebbe quindi primiero e fama e nome.
Dunque sorgi a veder, se qualche vezzo
Spira dall' arti mie, che insiem raccolto
Vinca e deluda le ferine forze.
Evvi chi adopra le divelte piume
Da zozzo avoltor, e ha gran copia intorno.
Solo del bianco cigno insiem conteste

Et fatis armorum eft. Hæc clara luce corufcant
Terribiles fpecies: ab vulture dirus avaro
Turbat odor fylvas, meliufque alterna valet res.
Sed quam clara tuis & pinguis pluma fub armis,
Tam mollis tactu & non fit creberrima nexu,
Ne reprenfa fuis properantem linea pinnis
Implicet; atque ipfo mendofa coarguat ufu.
Hic magis in cervos valuit metus. Aft ubi lentæ
Interdum Libyco fucantur fandice pinnæ,
Lineaque extructis lucent anconibus arma:
Rarum, fi qua metus eludat bellua falfos.
Nam fuit & laqueis aliquis curracibus ufus:
Cervino juffere magis contexere nervo;
Fraus teget infidias, habitu mentita ferino.
Quid qui dentatas iligno robore claufit
Venator pedicas? Cum diffimulantibus armis
Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.
O felix, tantis quem primum induftria rebus
Prodidit auctorem! Deus ille, an proxuma Divos
Mens fuit, in cæcas aciem quæ magna tenebras
Egit, & ignarum perfudit lumine vulgus?
Dic age Pierio, fas eft, Diana, miniftro.
Arcadium ftat fama fenem, quem Mænalus altor,
Et Lacedæmoniæ primum vidiftis Amyclæ
Per non affuetas metantem retia valles,

85. *Metus*. Primæ editiones habuerunt: *dolus*. Sed bene quod codicem fuum fecutus ita ediderit Pythœus. Pinnatum enim ab effectu non tantum *formido*, quod jam Turnebus, aliique obfervarunt, fed & metus vocatur, ut ftatim: *fi qua metus eludat bellua falfos*.

87. *Extructis anconibus*. *Ancones* funt hic furcillæ breviores, quibus formidines injiciuntur, quarum in fummo cornua bina funt.

95. *Prodidit auctorem*. In veteri editione *condidit*, non *prodidit* extat. Quod Kemphero longe elegantius videtur.

Siano le ſpoglie, ed dai tu d' arme aſſai.
Spandon dal ſen queſti tremendi ſpettri
Chiaro ſplendor: dell' avoltor avaro
Il nauſeoſo odor ſcompiglia i boſchi,
Ed alternar più ti varrà le offeſe.
Ma quanto più nell' armi tue fiammeggia,
E pingue appar, tanto ſia molle al tatto
La piuma, nè s' attorca in ſpeſſi nodi,
Perchè la trama avviluppata e ſtretta
Nelle ſue penne non s' avvolga, e renda
L' uſo fallace. E' più tremenda a i cervi
Coteſta larva. Ma ſe tinte ſono
Talor dell' Affrican minio le penne,
E ſull' antenne ſolgorar le rete
Alto ſi vede, raro avvien che il bruto
Deluda i finti ſpettri. Ancor s' adopra
Corrente laccio, e teſſer giova il nodo
Con il nervo cervino. Un ſcaltro inganno
Le inſidie coprirà ſotto le ſpoglie
D' un' altra fiera. Che dirò che chiude
I dentati laccioli in ſalda quercia
L' accorto Cacciator? Speſſo l' incauto
Coll' armi finte dell' altrui fatica
Raccoglie il frutto. O dell' induſtre arcano
Felice autor! Fu queſti un Nume, o mente
Quaſi divina, che ſovrana il ciglio
Spinſe tra l' ombre tenebroſe, e ſparſe
Il volgo ignaro di ſerena luce?
Diana, ſorgi: del Pierio vate
Or fa meſtiere. Dell' Arcadio vecchio,
Di Dercilo la fama il nome onora,
Cui Menalo ha nudrito, e cui le reti
Vedeſti prima, tu Spartana Amicla,
Stender per ſtrane valli. Altro mortale

Dercylon. Haud illo quiſquam ſe juſtior egit,
Aut fuit in terris divûm obſervantior alter.
Ergo illum primis nemorum Dea finxit in annis,
Auctoremque operi dignata inſcribere magno,
Juſſit adire ſuas, & pandere gentibus artes.
  Ille etiam * valido primus venabula dente
Induit: & proni moderatus vulneris iram
Omne moris excepit onus. Tum ſtricta verutis
Dentibus, & geminas ſubiere haſtilia furcas.
Et quidem totos clauſerunt enſibus orbes,
Ne ceſſaret iners in vulnere maſſa ferino.
Blandimenta vagæ fugies novitatis; ibidem
Exiguo, nimiove nocent. Sed lubricus errat
Mos, & ab expertis feſtinant uſibus omnes.
Quid, Macetûm immenſos libeat ſi dicere contos,
Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes?
Aut contra ut tenero deſtrictas cortice virgas
Prægravat ingenti pernix Lucania cultro?
Omnia tela modi melius finxere ſalubres.
Quocirca & jaculis habilem perpendimus uſum:
Neu leve vulnus eat, neu ſit brevis impetus illi.
Ipſa arcu Lyciaque ſuas Diana pharetra
Armavit comites; ne tela relinquite * Divæ,
Magnum opus, & volucres quondam fecere ſagittæ.
  Diſce agedum & validis delectum haſtilibus omnem.
Plurima Threicii nutritur vallibus Hebri

Non

105. *Annis*. Vlitius legit *arvis*: Pythœus *armis*.

119. *Deſtrictas*. Hanc lectionem tuetur Turnebus contra alios, qui legunt *diſtrictas*.

120. *Lucania*. Turnebus legit *Albania*.

Non fu di lui più giusto, o che nel mondo
Più gli Dei riverisse. Adunque istrusse
Lui da prim' anni la silvestre Diva;
E lui reso inventor dell' alta impresa
Volle che all' arti sue volgesse il guardo,
E poi le divolgasse ai popol tutti.
Egli primiero di robusto dente
Armò lo spiedo, e rattemprando i colpi
Del curvo strale diede legge al pondo.
Allor le lance fur brandite invece
Di spiedi acuti, e delle doppie forche;
E alcuni armaron di taglienti spade
Il cerchio tutto, perchè pigro e lento
Nella ferita non languisse il colpo.
Dell' incostante novità tu fuggi
I vezzi lusinghieri: è danno eguale
Rappicciolire, o soverchiar gli arcani;
Ma il costume s' aggira, e si travolve
Con facil passo, ed affrettar fa tutti
L' esperienza, e l' uso. A che, se voglio
De' Macedoni dir le lance immani,
E come le lungh' aste acute ed aspre
Fanno i piccioli denti? o come i rami
Scuojati della tenera corteccia
Grava l' agil Lucan di gran coltello?
Atte foggie e miglior dier tempra ai dardi;
Quindi dei stral l' uso si regge e libra,
Perchè non scenda legger colpo, e breve
L' impeto sia: della faretra, e d' arco
Le sue compagne armò Diana; o Dive,
Non deponete i dardi; un dì fur guida
Le veloci saette a grandi imprese.
Or via dell' aste ponderose e forti
La scelta impara. Nelle Tracie valli

Cornus, & umbrofæ Veneris per littora myrtus,
Taxique, pinufque, Altinatefque geniftæ,
Et magis incomptus operæ Lutofer agreftis
Termes, ab Eois defcendet virga Sabæis,
Mater odorati múltum pulcherrima thuris.
Illa fuos ufus intractatumque decorem
(Sic nemorum jufsêre Deæ) natalibus haurit
Arbitriis: at enim multo funt ficta labore
Cætera, quæ filvis errant haftilia noftris.
Numquam fponte fua procerus ad aëra termes
Exiit, inque ipfa curvantur ftirpe geniftæ.
Ergo age luxuriam primo fœtufque nocenteis
Detrahe: frondofas gravat indulgentia filvas.
Poft ubi proceris generofa ftirpibus arbor
Se dederit, teretefque ferant ad fidera virgæ,
Stringe notas circum, & gemmanteis exige verfus*.
His fi quis vitium nociturus fufficit humor,
Ulceribus fluet, & venas durabit inertes.
In quînos fublata pedes haftilia plena
Cæde manu, dum pomiferis advertitur annus
Frondibus, & tepidos autumnus continet imbres.
Sed cur exiguis tantos in partibus orbes
Luftramus? Prima illa canum, non ulla per arteis
Cura prior, five indomitos vehementior hofteis
Nudo Marte premas, feu bellum ex arte miniftres.
Mille canum patriæ, ductique ab origine mores

131. *Lutofer*. Genus arboris *Lutofer* eft. Interpretes vero, quos latet quid Gratius intelligat, legere malunt: *incomptus operæ cupreffus agreftis Termes?* Quia fupra per *incultum termitem*, Silvani innuere videtur cupreffum.

145. *Sufficit*. Vlitius legit: *fubjicit*.

148. *Advertitur*. Melior lectio in vet. Ed. *adverteris*. Non ex more Gratius agendi verbum vicem paffivi pofuit.

149. *Frondibus*. MS. *frontibus*.

Abbonda il corniolo, e il mirto ombroso
Per gli Acidalj lidi, e il tasso, e il pino,
E il ginestro d' Altina, e il Lutosèro
Termin negletto del lavor agreste;
Nasce di Saba nell' Eoe campagne
Il ramoscel dell' odoroso incenso
Germe leggiadro. Egli, così dei boschi
Voglion le Dive, del natio capriccio
La ritrosa bellezza, e l' uso attinge.
Ma gli altri giavelotti, a cui dan moto
Le nostre selve, son lavoro ed opra
Di gran fatica; poichè sorge all' aura
Coll' alta fronte lo spontaneo ramo,
E pieganst i ginestri in sino all' imo.
Dunque dapprima i rei germogli, e il lusso
Tu va togliendo: le frondose selve
La man pietosa aggrava. Ove s' affidi
La nobil pianta sul sublime tronco,
Ed il tornito ramo al ciel s' estolla
I segni intorno stringi, e fuor ne traggi
In buon ordin le gemme. Alcun difetto
Se lor deriva il velenoso umore,
Ne scorrerà dalle ferite, e dure
Farà l' inerti vene. A piena mano
L' aste recidi a cinque piè sorgenti,
Mentre l' anno fecondo i frutti arreca,
E le tepide pioggie Autunno accoglie.
Ma perchè sì gran piagge andiam tracciando
Entro stretti confin? Tra l' arti tutte
Egli è primo pensier dei can la cura,
O tu feroce senza l' arme incalzi
Gl' indomiti nemici, oppur con arte
Tratti la guerra. Mille son dei cani
Le varie patrie, ed i costumi attinti

Cuique ſua. Magna indocilis dat prœlia Medus,
Magnaque diverſos extollit gloria Celtas *.
Arma negant contra Martemque, odêre Geloni,
Sed natura ſagax: Perſes in utroque paratus.
Sunt qui Seras alant, genus intractabilis iræ.
At contra faciles, magnique Lycaones armis.
Sed non Hyrcanæ * ſatis eſt vehementia genti
Tanta: ſuis petiêre ultro fera ſemina ſilvis.
Dat Venus acceſſus, & blando fœdere jungit.
Tunc & manſuetis tuto ferus errat adulter
In ſtabulis, ultroque gravis ſuccedere Tigrim
Auſa canis, majore tulit de ſanguine fœtum.
Sed præceps virtus ipſa venabitur aula.
Ille tibi & pecudum multo cum ſanguine creſcet:
Paſce tamen, quæcumque domi ſibi crimina fecit,
Excutiet ſilva magnus pugnator adepta.
At fugit adverſos idem quos repperit hoſteis
Umber. Quanta fides, utinam, & ſolertia natis,
Tanta foret virtus, & tantum vellet in armis!
Quid freta ſi Morinum dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipſos libeat penetrare Britannos?
O quanta eſt merces, & quantum impendia ſupra!
Si non ad ſpeciem, mentiturosque decores
Protinus: hæc una eſt catulis jactura Britannis.
Ad magnum cum venit opus, promendaque virtus,
Et vocat extremo præceps diſcrimine Mavors,

171. *Idem quos*. Vetus editio: *idem quo*. Videtur Gratius, ſalva relationis lege, ſcripſiſſe, *qui*. Nam alioqui *τὸ idem* quo habet.

Dall' origine loro. Aspre battaglie
Move l' indocil Medo, e nobil vanto
I Celti estolle: abborron Marte, e all' armi
Son ritrosi i Gelon; ma loro arride
La natura sagace: il Perso è pronto
Ad ogni impresa. Evvi chi nutre i Seri,
Schiatta feroce per l' indocil ira.
I Licaón son mansueti invece,
Ed immani di tergo; ma la forza
Vince, ed ogni furor la razza Ircana:
Il nascer lor cercan tra i boschi: Venere
Offre l' incontro, e in dolce amor gli stringe.
Sicuro allor per le tranquille stalle
S' aggira il fiero drudo, ed alle tigrì
Osandosi accoppiar la pregna cagna,
Riporta il feto da più nobil sangue.
Ma il valor frettoloso entro suo nido
A caccia scenderà, e fia ch' ei cresca
Con molto scempio: nondimen tu pasci
La scellerata schiatta. Il prode atleta
Fuor la trarrà dal conquistato bosco.
Ma l' Umbro fugge le nemiche tracce,
Deh tal valor, tale desio dell' armi
In lui splendesse, qual amor s' annida
Verso la prole, ed il fedel affetto!
Che, se verrai de' Morini tra l' onde
Correnti indietro, o penetrar ti piaccia
Tra i stessi Inglesi; oh qual v' ha copia, e quanto
Tu d' oro spenderai! Se non t' inganna
La fallace bellezza: i cani Inglesi
Soffron questo sol danno. Ove t' accingi
Ad ardua impresa, ed il valor far chiaro
Si deve al mondo, ed ai perigli invita
Il precipite Marte, allor non prendi

Non tunc egregios tantum admirere Molossos;
Comparat his versuta suas Athamania fraudes,
Acyrusque, Pheræque, & clandestinus Acarnan.
Sicut Acarnanes subierunt prœlia furto:
Sic canis illa suos taciturna supervenit hostes.
At clangore citat, quos nondum conspicit, apros
Ætola quæcumque canis de stirpe (malignum
Officium) sive illa metus convicia rupit,
Seu frustra nimius properat furor: & tamen illud
Ne vanum totas genus aspernere per arteis,
Mirum quam celeres, & quantum nare merentur:
Tum non est victi cui concessêre labori.
Idcirco variis miscebo gentibus usum.
Quondam inconsultis mater dabit Umbrica Gallis
Sensum agilem, traxêre animos de patre Gelonæ
Hyrcano, & vanæ tantum Calydonia linguæ
Exibit vitium patre emendata Molosso.
Scilicet ex omni florem virtute capessunt,
Et sequitur natura favens. At te leve si qua
Tangit opus, pavidosque juvat compellere dorcas,
Aut versuta sequi leporis vestigia parvi:
Petronios (scit fama) canes, volucresque Sicambros,
Et pictam macula Vertraham * delige falsa.
Ocyor affectu mentis pinnaque cucurrit,
Sed premit inventas, non inventura latenteis
Illa feras; quæ Petroniis bene gloria constat.
Quod si maturo pressantes gaudia lusu
Dissimulare feras tacitique accedere possent:
Illis omne decus, quod nunc, Metagontes *, habetis,

182. *Athamania*. Illyricum. Vide Stephanum & Plinium lib. IV. cap. 11. lib. IV. cap. VII. *Pheræ* sunt oppidum, haud procul Taygeto monte.

183. *Acyrusque*. Lege cum Batavo Editore *Acytus*, quæ *insularum rotundissima* est apud Plinium

194. *Dabit*. Vlitius mavult: *dabat*.

200. *Dorcas*. Inusitior hæc vox, quæ ponitur pro *dama*, *capreola*.

Ad ammirar ſolo i Moloſſi egregi;
Lor le ſue frodi l' Atamania inſpira,
Ed Acira, e Ferea, ed Acarnania,
Che tra inſidie s' aſconde. In quella guiſa
Che gli Acarnani di ſoppiatto in guerra
Scender tu vedi, tal l' aſtuto cane
Tacito e cheto il ſuo nemico incalza.
Ma dell' Etola razza il can riſveglia
I fier cignali non veduti ancora
Co' ſuoi latrati (rio coſtume) o tema
Queſti gridi diſtona, o troppo affretta
Il vano ardore, pur nell' arti tutte
Tu non diſprezza queſta inutil razza;
Ben è ſtupor quanto ſon ſnelli, e quanto
Le nari ân merto. Alle Gelone cagne
Spira l' animo fiero il padre Ircano,
Ed il padre Moloſſo i rei difetti
Emenderà del Calidonio germe.
Così d' ogni virtù ſi coglie il fiore,
E la natura arride. Ove ti cale
Di lieve impreſa, ed incalzar ti piace
Le pauroſe dorche, o premer l' orme
Del lepre aſtuto, come fama inſegna,
Scegli i Petronj can, ſcegli i Sicambri
Veloci e ſnelli, ed il Vertrâmo pinto
Di falſe macchie. Ei del penſiero, o piuma
Corre più preſto; ma le aſcoſe fiere
Non atto a rintracciar le incalza e preme
Nei campi aperti, cui bel vanto adorna
I buon Petronj. Che ſe ſia conceſſo
Con ſaggia ſcorribanda, e gioja occulta
Frodar le fiere, ed inoltrar tranquilli,
D' ogni ſilveſtre vanto andrian adorni,
Ch' or voi ſa, Metagonti, induſtri e chia

Conflaret ſilvis: ſed virtus irrita damno eſt.
At veſtrum non vile genus, non patria vulgo,
Sparta ſuos *, & Creta ſuos promittit alumnos.
Sed primum celſa lorum cervice ferentem,
Glympice *, te ſilvis egit Bœotius Hagnon,
Hagnon Aſtylides, Hagnon, quem plurima ſemper
Gratia per noſtros unum teſtabitur uſus.
Hic trepidas arteis & vix novitate ſedentes
Vidit, qua propior patuit via: nec ſibi turbam
Contraxit comitem, nec vaſa tenentia longe.
Unus præſidium, atque operi ſpes magna perito
Adſumptus Metagon luſtrat per nota ferarum
Paſcua, per fontes, per quas trivêre latebras,
Primæ lucis opus: tum ſigna vapore ferino
Intemerata legens, ſi qua eſt qua fallitur ejus
Turba loci, majora ſecat ſpatia extera gyro.
Atque hic egreſſu jam tum ſine fraude reperto
Incubuit, ſpatiis qualis permiſſa Lechæis
Theſſalium quadriga decus, quam gloria patrum
Excitat, & primæ ſpes ambitioſa coronæ.
Sed ne qua ex nimio redeat jactura favore,
Lex dicta officiis: ne voce laceſſeret hoſtem,
Neve levem prædam, aut propioris pignora lucri
Amplexus, primos nequidquam effunderet actus.
Jam vero impenſum melior fortuna laborem
Cum ſequitur, juxtaque domus quæſita ferarum,
Ut ſciat, occultos & ſignis arguat hoſteis:

215. *Aſtylides*. Olim legebatur *haſtilides*. Sed vetus editio aſpirationem non habet; & *Aſtilus* nomen paſtoris apud Calpurnium Bucolicis.

225. *Majora*. Vlitius corrigit *majore*.

227. *Permiſſa Lechæis*. Legitur a Barthio *permixta*. Lechæum portus Corinthi verſus occidentem ludis trietericis Iſthmiorum celebris.

233. *Effunderet*. Gronovius *offunderet*; ſed perperam juxta Johnſonium.

Ma il lor vano valor ritorna a danno;
Ma di ſchiatta non vil, nè ignobil lido
Prometton i ſuoi germi e Sparta, e Creta.
Te, Glimpico, primier cacciò dai boſchi
L' altero collo di guinzaglio avvinto
Agnone di Beozia, Agnone Aſtile,
Ch' appo noi ſolo ed onorato e caro
Sempre ſarà per gli uſi noſtri. Ei vide
Le trepide arti, e ripoſarſi appena
Nel naſcer loro, ove il ſentier s' aperſe;
Nè traſſe ſtuol compagno, e l' urne immani.
Il ſolo Metagonte aita e ſpeme
Nell' opra induſtre ai mattutini albori
Seco traſcorre per i noti paſchi
Delle fiere, e pe' fonti, e per le peſte
Latebre loro: raccogliendo allora
L' orme non lorde dal vapor ferino;
Se la torma s' inganna in quelle ambagi,
Ella circonda con più lungo giro
Gli ſtrani ſpazj, e ſenza frode uſcendo
Si ſtende ſu la preda, in quella guiſa
Che ſi ſprigiona da Lechei cancelli,
Onor del Circo di Teſſaglia, un cocchio,
Cui la gloria degli avi, e dell' alloro
La ſpeme avviva. Ma perchè cagione
Non ſia di danno la ſoverchia lena,
Abbian legge gli uffizj, onde col chiaſſo
Non provochi il nemico, e brancicando
La lieve preda, e il guiderdon vicino
Le prime impreſe al vento ſparga invano.
Già quando ſegue più felice ſorte
L' aſpre fatiche, e il rintracciato albergo
Sa delle fiere, ed il nemico occulto
Coi ſegni ſgrida, la letizia addita

Aut effecta levi teſtatur gaudia cauda,
Aut ipſa infodiens uncis veſtigia plantis
Mandit humum, celſaſve adprenſat naribus auras.
Et tamen ut ne prima faventem pignora fallant
Circa omnem, aſpretis medius qua clauditur orbis,
Ferre pedem, acceſſuſque, abituſque notaſſe ferarum
Admonet, & ſi forte loci ſpes prima fefellit,
(Rarum opus) incubuit ſpatiis ad proſpera verſis,
Intacto repetens prima ad veſtigia gyro.
Ergo ubi plena ſuo rediit victoria fine,
In partem prædæ veniat comes, & ſua nôrit
Præmia. Sic operi juvet inſerviſſe benigno.
Hoc ingens meritum eſt: hæc ultima palma tropæi,
Hagnon magne, tibi Divôm conceſſa favore.
Ergo ſemper eris, dum carmina, dumque manebunt
Silvarum dotes, atque arma Diania terris.
Hic & ſemiferam Thoum* de ſanguine prolem
Finxit. Non alio major ſua pectore virtus,
Seu nôrit voces, ſeu nudi ad pignora Martis.
Thoës commiſſos (clariſſima fama) leones
Et ſubiêre aſtu, & parvis domuêre lacertis.
Nam genus exiguum, & pudeat quam informe fateri
Vulpina ſpecie: tamen huc exacta voluntas.
At non eſt alius, quem tanta ad munia fœtus
Exercere velis, aut te tua culpa refellat
Inter opus, quo fera cadit prudentia damno.
Junge pares ergo, & majorum pignore ſigna

255. *Norit*. Pithœus legit *morit*. Gratius pro *voces* ſubſtituit *fauces*.
258. *Fateri*. *Videri* citat Geſnerus.
260. *Tanta*. *Tanti* legunt Gronovius, Vlitius, & Johnſonius.

Coll' agil coda, o coll' adunche zampe
Scavando l' orme ſteſſe il ſuolo azzanna,
E l' aure in alto colle nari afferra.
Quindi perchè del primo lieto incontro
Non lo inganni il favor, ſedel ti avviſa
D' inoltrar tra le vepri, e delle ſiere
Segnar gli avvolgimenti, e il vario iſtinto;
E ſe lo inganna (ciò che raro avviene)
La prima ſpeme, ritorcendo il piede
A più lieto deſtin corre tornando
All' orme prime per ſentiero intatto.
Quando ſia tratta la vittoria a fine,
Venga il compagno della preda a parte,
E vegga il guiderdon: così gli giova
La ſervitù nella corteſe impreſa.
Queſto è gran merto: del trionfo è queſta
L' ultima palma pel favor de' Numi
A te conceſſa, illuſtre Agnon: tu ſempre
Chiaro ſarai, finchè avran vita i carmi,
L' onor dei boſchi, e di Diana i dardi.
Queſti formò la mezzo-fiera prole
De' Toj col ſangue: non valor più forte
Altro petto ravviva, o i detti aſcolti,
O Marte affronti. Suona fama intorno,
Che coi lioni coll' aſtuto ingegno
Il Too s' azzuffa, e che gli doma ancora
Colle picciole braccia: è la lor ſchiatta
Di mole eſile, ed a vederſi informe
Coll' aſpetto di volpe: eppur la inſiamma
Nobil deſio; nè v' ha chi più tu voglia
Eſercitar nell' onorata lizza,
O per cui di te ſteſſo in mezzo all' opra
Lagnar ti deggia, ſe ti nuoce il ſenno.
Dunque gli uguali accoppia, e il germe onora

Fœturam, prodantque tibi Metagonta parentes,
Qui genuêre sua pecus hoc immane juventa.
Et primum expertos animi, quæ gratia prima est,
In Venerem jungunt: tum fortis cura secundæ,
Ne renuat species, aut quæ detrectet honorem.
Sint celsi vultus, sint hirtæ frontibus aures,
Os magnum, & patulis agitatos morsibus ignes
Spirent, adstricti succingant ilia ventres,
Cauda brevis, longumque latus, discretaque collo
Cæsaries, non pexa nimis, non frigoris illa
Impatiens: validis tum surgat pectus ab armis,
Quod magnos capiat motus, magnisque supersit.
Effuge, qui lata pandit vestigia planta,
Mollis in officio. Siccis ego dura lacertis
Crura velim, & solidos hæc in certamina calces.
Sed frustra longus properat labor, abdita si non
Altas in latebras, unique inclusa marito
Fœmina, nec patitur Veneris sub tempore magnos
Illa, neque emeritæ servat fastigia laudis.
Primi complexus, dulcissima prima voluptas.
Hunc Veneri dedit impatiens natura furorem.
Si renuit cunctos, & mater adultera non est,
Da requiem gravidæ, solitosque remitte labores.
Vix oneri super illa suo. Tum deinde monebo,
Ne matrem indocilis natorum turba fatiget,
Percensere notis, jamque inde excernere parvos.

282. *Neque emeritæ*. Vetus Editio: *nec immerito*.
286. *Solitosque remitte labores*. Barthius autumat legendum: *solitoque remitte labore*.

Colla virtù degli avi, e ne' lor padri
Ravvisa i Metagon, che diero a luce
Ne' lor prim' anni questo immane armento.
E primamente in Imeneo s' annoda
Il più leggiadro e prode; indi pensiero
Prender si dee della seconda razza,
Che degener non sia, nè il vanto oscuri.
Altera sia la fronte, irte le orecchie,
Grande la bocca, e dall' aperte canne
Sbuffin fiamme inquiete: il stretto ventre
Le viscere ristringa, e sia la coda
Breve, ma lungo il fianco, e su le spalle
Il crin diviso, non adorno, e liscio,
Nè ritroso del freddo: il forte petto
Sotto gli omeri sorga, il qual accolga
Gagliarde scosse, e vi resista invitto.
Fuggi chi pigro col piè largo imprime
Ampli vestigi. Io per gli asciutti stinchi
Vorrei dure le gambe, e in queste pugne
L' unghia soda e sonante. Invan s' affretta
Però la lunga cura, ove la femmina
Tu non ascondi entro remote stalle,
E la rinchiudi con un sol marito;
Nè già nel tempo ella d' Imene i grandi
Soffre, nè serba alto desio di lode.
I primi affetti son più dolci e cari:
Tal diè Natura impaziente istinto
Al nodo marital; se tutti abborre,
Nè sia druda la madre, a lei, ch' è pregna,
Dona riposo, e le fatiche allenta.
Il suo pondo le basta. Indi t' avverto,
Che l' indocile stuol de' picciol figli
Non affanni la madre: egli è mestieri
Segnar i pargoletti, e far la scelta.

Signa dabunt ipsi. Teneris vix artubus hæret
Ille tuos olim non defecturus honores:
Jamque illum impatiens æquæ vehementia fortis
Extulit: affectat materna regna sub alvo.
Ubera tota tenet, a tergo liber aperto,
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper,
Ira jacet, turbaque potens operitur inerti.
Illius e manibus vires sit cura futuras
Perpensare: leveis deducet pondere fratres:
Nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent.
Protinus & cultus alios & debita fœtæ
Blandimenta feres, curaque sequêre merentem:
Illa perinde suos, ut erit delata *, minores;
Ac longam præstabit opem. Tum denique fœtû
Cum desunt, operis fregitque industria matres *,
Transeat in catulos omnis tutela relictos.
Lacte novam pubem, facilique tuebere maza *:
Nec luxus alios, avidæque impendia vitæ
Noscant. Hæc magno redit indulgentia damno.
Nec mirum: humanos, non est magis altera sensus.
Tollit se ratio, vitiis adeuntibus abstat.
Hæc illa est, Pharios quæ fregit noxia Reges,
Dum servata cavis potant Mareotica gemmis,
Nardiferumque metunt Gangem, vitiisque ministrant.

290. *Ipsi*. Pythœus legit: *ipse*.
291. *Tuos*. In veteri libro, *suos*, quod præferendum videtur. Non defecturus munia, ad quæ illum applicaturus es. Scite vero *honores* ut in Republica dicit, cum gradus sint officiorum inter canes.
297. *Operitur*. *Aperitur* alibi legitur.

Essi ti daran segno. Ei che tua speme
Compier già deve, si sostenta appena
Sulle tenere membra, e già lo estolle
Intollerante brio di nobil sorte;
E già poppando del materno impero
Il vanto anela; egli le poppe afferra
Libero e sciolto, mentre il clima addolce
Il temperato Sol; ma se la sera
Il suolo agghiaccia coi gelati venti,
L'ira si tempra, e dalla turba inerte
Si copre il prode. Abbi pensier le forze
Misurar colle mani: i suoi fratelli
Di peso scemeran: nè già dai pegni
Unqua deluso io sia, nè tu dai carmi.
Tosto tu adopra gli altri vezzi, e gli agi,
E prosegui la cura in ver la madre
Degna de' tuoi pensieri. Ella in disparte
Tratta sia da' minori, e lunga aita
Darà cortese. Ove dei parti alfine
Manchi la schiera, e affaticò le madri
Invan l'industria, ogni pensier si volga
Su la prole, che resta. I nuovi germi
Pasci col latte, e colla facil masa;
Nè veggan altro lusso, ed altro pasco
Dell'ingorda lor vita. A grave danno
Torna questa clemenza; e non m'ingombra
Già maraviglia: altra non più corrompe
Gli umani sensi. La ragion si gonfia,
Divien preda de' vizj. E' questa stessa,
Che rea franse il valor dei Re d'Egitto,
Allor che bevon in gemmate tazze
Il Mareotico vino, e i molli aromi
Mieton del Gange, e lezioso pasco
Somministran ai vizj. In simil guisa

Sic & Achæmenio cecidisti, Lydia, Cyro.
Atqui dives eras, fluvialibus aurea venis.
Scilicet, ad summam ne quid restaret habendum,
Tu quoque luxuriæ fictas dum colligis arteis,
Et sequeris demens alienam, Græcia, culpam,
O quantum & quoties decoris frustrata paterni!
At qualis nostris, quam simplex mensa Camillis!
Qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos?
Ergo illi ex habitu, virtutisque indole priscæ,
Imposuëre orbi Romam caput: actaque ab illis
Ad cælum virtus, summosque tetendit honores.
Scilicet exiguis magna sub imagine rebus
Prospicies, quæ sit ratio, & quo fine regenda.
Idcirco imperium catulis, unusque magister
Additur, ille dapes, pœnamque operamque ministrans
Temperet: hunc spectet silvas domitura juventus.
Nec vile arbitrium est *: cuicunque hæc regna dicantur,
Ille tibi egregia juvenis de pube legendus,
Utrumque & prudens, & sumptis impiger armis.
Quod nisi & accessus, & agendi tempora belli
Noverit, & socios tutabitur hoste minores:
Aut cedent, aut illa tamen victoria damno est.
Ergo in opus vigila, factusque * ades omnibus armis:
Arma acuêre viam. Tegat imas fascia suras.
Sit famulis vitulina tuis, aut tergore fulvo
Mantica, *curta chlamys*, canaque è Maele galeri:
Ima Toletano præcingant ilia cultro:
Terribilemque manu vibrata falarica dextra

Cadesti,

318. *Fictas*. Barthius legit *victas*.

333. *Integer*. In veteri editione *impiger*, quam editionem secuti sunt non pauci.

339. *Sit famulis Vitulina tuis*. Tinearum injuriis sensus obscuritas tribuenda. Alii legunt: *sit sociis inulina* tuis.

Cadesti, o Lidia, col possente Ciro;
Eppur ricca volgevi i flutti d' oro.
Così perchè non siano l' alte cime
Intatte ai colpi, mentre, Grecia, accogli
L' arti vane del lusso, e folle onori
Le strane mode scellerate: o quanto
Hai tu perduto de' bei fregi aviti!
Ma de' nostri Camilli o quanto rozza
Era la mensa! e dopo tanti allori
Qual di Serrano fu la pompa, e il fasto!
Dunque coll' uso, e col valor vetusto
Que' valorosi Eroi fer capo al mondo
L' invitta Roma, e la virtù nel cielo
Poggiò per loro, e i sommi onori attinse.
Perciò contempla sotto grande immago
Le tenui cose, qual ragion ti guida,
E qual fine ti regga. Adunque ai cani
Il fren s' impone, e il precettore: ei saggio
Tempri la pena, e l' opre: a lui s' addrizzi
La gioventù de' boschi domatrice.
Nè l' impero è già vil, chiunque il regga.
Questo garzon dal nobil fior si scelga,
Saggio del pari, e in trattar l' armi esperto;
Che se il tempo non sa di far gli approcci,
E d' ingaggiar battaglia, e non difende
Dalla nemica turba i fral compagni,
O indietro volgeranno; o la vittoria
Sarà di danno. Adunque veglia, e istrutto
Vanne dell' armi: aprono l' armi il varco.
Le gambe avvolgi d' una fascia: i servi
Copra corta guarnaccia, o fulvo cuojo,
Ed il cappello colla bianca Mela
Ne sia tessuto: penda al fianco avvinto
Lo stocco Toletano, e colla destra

Bb

Det sonitum, & curva rumpant non pervia falce.
Hæc tua militia est: quin & Mavortia bello
Vulnera, & erranteis per tot divortia morbos,
Caussasque, affectusque canum tua cura tueri est.
Stat fatum supra: totumque avidissimus orcus
Pascitur, & nigris Orbem circumsonat alis.
Scilicet ad magnum major ducenda laborem
Cura, nec expertos fallet Deus. Hinc quoque nosse
Est aliud, quod præstet opus placabile numen.
Nec longe auxilium, licet alti vulneris ora
Absliterint, atroque cadant cum sanguine fibræ:
Inde rape ex ipso, qui vulnus fecerit, hoste
Virosam eluviem, lacerique per ulceris ora
Sparge manu, venas dum succus comprimat acer*,
Mortis enim patuêre viæ. Tum pura monebo
Circum labra sequi, tenuique includere filo.
At si pernicies angusto pascitur ore,
Contra pande viam, fallenteisque argue caussas.
Morborum in vitio facilis medicina recenti.
Sed tactu impositis mulcent pecuaria palmis,
Id satis, aut nigræ circum picis unguine signant.
Quod si districto levis est in vulnere noxa,
Ipse habet auxilium validæ natale salivæ.
Illa gravis labes, & cura est altior illis,
Cum vitium caussæ totis egêre latentes

352. *Vulneris ora*. Barthius *oræ*. Quod hoc loco recipiendum videtur; nam *ora* post paucos versus repetitur.

353. *Atroque*. Steyn. *utroque*: Gesnerus *uteroque*.

368. *Cura est altior illis*. Ita ab ingenio primus edidit Pithœus. Ante quem omnes editiones repræsentant, *curis altior illis*.

367. *Totis*. Editio Barthiana habet *toties*, quam tamen lectionem respuunt Batavi Editores.

Lo ſtral brandito orribil ſuoni, e rompa
Le inacceſſibil ſiepi il curvo ferro.
Son queſti i tuoi guerrieri: anzi è tua cura
Alle ferite marziali, ai morbi
Provveder, che fan ſcempio, a lor cagioni,
E all' iſtinto de' cani. Il crudo fato
Pende lor ſopra, e fa del mondo paſto
L' Orco vorace, e romoreggia intorno
Coi negri vanni. Dee però la cura
Vegliar piu ſaggia ſopra il reo diſagio,
Nè il Nume froderà l' eſperta mente.
Indi ſaper convien del ciel corteſe
Un' altra ajta, nè 'l ſoccorſo è lungi,
Sebben ſian larghe le ferite, e vaſte
Della ſcempiata bocca, e colla tabe
Cadan le fibre: indi al nemico ſteſſo,
Che fiſſe il morſo, il velenoſo lezzo
Toſto tu prendi, e colla man lo ſpandi
Sulla lacera bocca, infin che preme
L' aſpro ſugo le vene. Aperte ſono
Le vie di morte. Poi le pure labbia
T' avviſo circondar, e far lor cerchio
Con picciol filo. Se la peſte appena
Si va paſcendo dell' anguſta bocca,
Apri la ſtrada, e le cagioni indaga.
La medicina a rei naſcenti morbi
Facil s' appreſta; evvi chi 'l gregge addolce
Colle man ſovrappoſte, e baſta il tatto;
O l' anguinaja di tenace pece
Segnan intorno. Che ſe mal leggero
La piaga offende, natural riparo
Dà la ſaliva poderoſa. E' ſcempio
Aſſai più grave; e più ſagace cura
Avrai di lor, quando il malor vien ſpinto

Corporibus, feraque aperitur noxia fumma.
Inde emiffa lues, & per contagia morbus
Venêre in vulgum, juxtaque exercitus ingens
Æquali fub labe ruit: nec viribus ullis
Aut merito venia eft, aut fpes exire precanti.
Quod five a Stygiâ lethum Proferpina nocte
Extulit, & Furiis commiffam ulcifcitur iram;
Seu vitium ex alto, fpiratque vaporibus æther
Peftiferis, feu terra fuos populatur honores:
Fontem averte mali. Trans altas ducere valles
Admoneo: latumque fuga fuperabitis amnem.
Hoc primum effugium lethi. Tunc dicta valebunt
Auxilia, & noftra quondam redit ufus ab arte.
Sed varii motus, nec in omnibus una poteftas.
Difce vices, & quæ tutela eft proxima, tenta.
Plurima per catulos rabies, invictaque tardis,
Præcipitat lethale malum: fic tutius ergo
Anteire auxiliis, & primas vincere cauffas.
Namque fubit, nodis qua lingua tenacibus hæret,
(Vermiculum dixêre*) mala atque incondita peftis.
Ille ubi falfa fiti percepit vifcera longa,
Æftivos vibrans accenfis febribus ignes,
Moliturque fugas, & fedem fpernit amatam.
Scilicet hoc motu, ftimulifque potentibus acti
In Furias vertêre canes. Ergo infita ferro
Jam teneris elementa mali cauffafque recidunt.

374. *Furtis*. Læviffima mutatione *furiis* legendum videtur, pœnarum illis adminiftris, & quibus omnia mala afcribunt Poetæ. Nonne in pefte Virgiliana fuas agit partes Tifiphone?

384. *Præcipitat*. Steynius legit *præcipiat*.

Da tutto il corpo per cagioni occulte,
E tardi il mal si svela. Indi la peste
Sprigionata serpeggia, e il Volgo assale
Il morboso contagio, e denso stuolo
Cade vinto dal scempio: a forza, a merto
Non si perdona, e vanno i preghi a vuoto.
O sia che trasse dalla Stigia notte
Proserpina la morte, e l'ira accolta
Vendica colle Furie; o il cielo esala
Coi rei vapori il vizioso influsso,
O depreda la terra i pregi suoi,
Del mal togli le fonti. Io ben t'avverto,
Che tu li tragga oltre le cupe valli,
E che varchi fuggendo i larghi fiumi.
E' questo il primo scudo incontro a morte.
I rimedj prescritti allor sian buoni,
Nè vana l'arte mia. Ma varj i moti
Sono tra loro, ed inegual la forza.
Impara le vicende, e qual più giovi
Rimedio, or tenta: furibonda rabbia,
E quanto più s' indugia, invitta e salda
Il morbo micidial de' cani affretta:
Antiveder è più sicura impresa
Col pronto ajuto, e riparar le prime
Cagion morbose; poichè sorge un verme,
Ove la lingua con tenaci nodi
S' avvinchia, e stringe, orribil peste, immane.
Ei quando invase il sen con lunga sete,
Disprigionando con accese febbri
L' estivo fuoco, ad a fuggir s' accinge,
E sprezza il dolce tetto. Allora i cani
Da questo moto, e spron potente scossi
Diventan furibondi. Adunque il ferro
Ne' tenerelli il reo principio infisso,

Nec longa in facto medicina eſt ulcere. Purum
Sparge ſalem, & tenui permulce vulnus olivo.
Ante relata ſuas quam nox bene compleat umbras,
Ecce aderit, factique oblitus vulneris, ultro
Blanditur menſis, Cereremque efflagitat ore.
Quid priſcas arteis inventaque ſimplicis anni
Si referam? Non illa metus ſolatia falſi
Tam longam traxère fidem. Collaribus * ergo
Sunt qui lucifugæ criſtas inducere Mælis *
Juſsêre, aut ſacris conſerta monilia conchis,
Et vivum lapidem, & circa Meliteſia nectunt
Coralia, & magicis adjutas cantibus herbas.
Ac ſic offectus, oculique venena maligni
Vicit tutelâ pax impetrata Deorum.
At ſi deformi lacerum dulcedine corpus
Perſequitur ſcabies, longi via peſſima lethi,
In primo acceſſu triſtis medicina; ſed unâ
Pernicies redimenda animâ, quæ prima ſequaci
Sparſa malo eſt, ne dira trahant contagia vulgi.
Quod ſi dat ſpatium clemens, & promovet ortu
Morbus, diſce vias, &, quâ ſinit, artibus exi.
Tunc & odorato medicata bitumina viro,
Imponaſque pices, immundæque unguen amurcæ.
Miſcuit, & ſummam complectitur ignis in unam.
Inde lavant ægros. Eſt ira coërcita morbi,
Laxatuſque rigor, quæ te ne cura timentem

405. *Coralia*. Eandem vim in abſtergendis oculis tribuit coralio Dioſcorides.

406. *Oculique*. Steyn. *oculiſque*.

408. *Dulcedine*. Legitur *ſalſedine*.

412. *Vulgi*. Vetus editio, *vulgo*.

416. *Imponaſque pices*. Batavi Interpretes malunt: *Idæaſque pices*.

E le cagion recide. E non è lunga
La medicina nell' aperta piaga:
Vi ſpargi il puro ſale, e d' olio irrora
Tu la ferita. Prima che la notte
Addenſi l' ombre, ecco ſi moſtra, e vezzi
Fa lieto intorno al deſco, e chiede il pane
Immemore del duolo. A che rintraccio
L' arti vetuſte, e della rozza etade
I ſaggi arcani? Del timor fallace
Non fur mai tanti que' ſollazzi incerti.
V' ha chi le piume al ferreo cinto attorce
Del negro Mela, o la collana inteſſe
Colle ſacre conchiglie, e il vivo ſaſſo,
Ed i coralli di Mileto allaccia,
E con magici carmi i fiori, e l' erbe.
In guiſa tal vince il favor de' Numi
Il dannoſo livore, ed il veleno
Del tetro ciglio. Ove la ſcabbia aſſale
Le ſciſſe membra con dolcezza informe,
Di lunga morte è il calle orrendo, e triſte
La medicina nel bel primo aſſalto;
Ma lo ſcempio allontani un' alma ſola,
Che vien infetta dal ſeguace morbo;
Perchè non ſi propaghi il mal nel volgo.
Che ſe pur tempo offre il malor benigno,
E lento progrediſce, il mezzo impara,
Ed eſci dove l' arte il calle addita.
Allor adopra d' odoroſi ſughi
Sparſi bitumi, e coll' immonda morchia
La negra pece: in un ſol globo il fuoco
Gli rimeſcola inſieme, abbraccia, e ſtringe.
Indi il morbo ſi terge: allor ſi frena
Del mal la forza, ed il rigor s' allenta,
La quale cura per timor incerto

Differat, & pluvias, & Cauri frigore vitent;
Sic magis, ut nudis incumbunt vallibus æſtus,
A vento; clarique faces ad ſolis, ut omne
Exudent vitium, ſubeatque latentibus ultro,
Quæ facta eſt medicina, vadis. Nec non tamen illum
Spumoſi catulos mergentem litoris æſtu
Reſpicit, & facilis Pæan adjuvit in arteis.
O rerum prudens quantam experientia vulgo
Materiem largita boni, ſi vincere curent.
Deſidiam, & gratos agitando prendere fines!
Eſt in Trinacria ſpecus ingens rupe, cavique
Introrſum reditus, circum atræ mœnia ſilvæ
Alta premunt, ruptique ambuſtis faucibus amnes;
Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti
Stagna ſedent, venis oleoque madentia vivo.
Huc defecta mala vidi pecuaria tabe
Sæpe trhai, victoſque malo graviore magiſtros.
Te primum, Vulcane, loci pacemque precamur
Incola, Sancte, tuam, des ipſis ultima rebus
Auxilia: &, meriti ſi nulla eſt noxia tanti,
Tot miſerere animas, liceatque attingere fontes,
Sancte, tuos. Ter quiſque vocant, ter pinguia libant
Thura foco: ſtruitur ramis felicibus ara.
Hîc dictu mirum, atque alias ignobile monſtrum
Adverſis ſpecubus, ruptoque e pectore montis

437. *Te primum*, *Vulcane*. Ex abrupto orditur ipſam ægrorum magiſtrorum precationem. More optimi cujuſque Poëtæ, qui omnes ſemper in medias res feſtinant, ut ab Horatio præceptum eſt.

Non si dilunghi, e i freddi Cauri intanto
Se 'n fuggano, e le piogge. Allor che sferza
Le nude valli l' affocata vampa,
Giaccian piuttosto al vento esposti, e ai raggi
Del chiaro sole, perchè tutto esali
L' umor maligno, e ne' secreti pori
Entri la medicina. Allor Peane
Approva chi del mar nell' onde accese
I cani attuffa, e ne seconda l' arti.
O delle cose saggia consigliera,
Quanto tu giovi, esperienza, al mondo,
Se l' inerzia si vinca, e con fatica
Prender si tenti la gioconda meta!
Sorge colà nella Trinacria rupe
Una grande spelonca, e vi son dentro
Profondi andirivieni: opache selve
Ingombran l' alte roccie, e rivi infranti
Per le profonde affumicate bocche;
Magion sacra a Vulcan, a cui stan sopra
Stagni d' olio vivace umidi e molli.
Spesso quì vidi dilombato il gregge
Per la tabe condursi, ed i pastori
Vinti da mal più reo. Te primo invoco,
E il Nume tuo, santo Vulcan, del suolo
Abitator, porgi rimedio estremo
Alle bisogna; e se la nostra colpa
Di tal merito è scema, ah di tant' alme
Pietà ti tocchi, o Nume, e ber le fonti
Ci sia concesso. Tre fiate i voti
Offra ciascuno, e tre fiate all' ara
Fa libazion del vaporoso incenso:
L' altar s' estolle co' felici rami.
Quì, maraviglia a dirsi, ed altre volte
Ignobil mostro dall' opposto speco,

Venit, ovans auſtris, & multo flumine flammæ.
Emicat ipſe, manu ramum pallente ſacerdos
Termiteum quatiens: procul hinc extorribus ire
Edico præſente Deo, præſentibus aris,
Queis ſcelus aut manibus ſumptum, aut in pectore motum eſt,
Inclamat. Cecidêre animis trepidantia membra.
O quiſquis miſero fas unquam in ſupplice fregit,
Qui pretio fratrum, meliorisque auſus amici
Sollicitare caput, patriosve laceſſere Divos;
Illum agat infandæ comes huc audacia culpæ;
Diſcet, commiſſa quantum Deus ultor in ira
Pone ſequens valeat; ſed cui bona pectore mens eſt,
Obſequiturque Deo, Deus illam molliter aram
Lambit, & ipſe ſuos ubi contigit ignis honores,
Defugit ab ſacris, rurſumque reconditur antro.
Huic fas auxilium & Vulcania tangere dona.
Nec mora; ſi medias exedit noxia fibras,
His fave præſidiis *, adfectaque corpora mulce,
Regnantem excutiens morbum. Deus auctor, & ipſa
Artem aluit natura ſuam. Quæ robore peſtis
Acrior, aut letho propior via? Sed tamen illi
Hinc venit auxilium valida vehementius ira.
Quod primam ſi fallet opem dimiſſa facultas,
At tu præcipitem, qua ſpes eſt proxima, labem

447. *Procul hinc*. Solemnis formula ante ſacra inita profanos clara voce expellere. Plurima ejus moris exempla collegit Briſſonius in mirabili operé de formulis ſolemnibus Pop. Rom. lib. 1.

450. *Animis*. Steyn. *animi*.

E dall' infranto ſen del giogo alpeſtre
Ne vien tra gli auſtri trionfante, e avvolto
Da ſpazioſa correnzia di fiamme.
Guizza lo ſteſſo Sacerdote intorno
Scotendo un ramoſcello: ei grida, il Nume
Or che ſceſe ſull' are, io di coſtinci
Ir lungi vi comando, le cui mani
Trattan delitto, od il penſier l' avvolge.
Quel che coi ſventurati il dritto infranſe,
Che col fraterno prezzo, e degli amici
Con tradigione osò frettoſa pena
Chiamar ſul capo, e provocar gli Dei;
Quel la baldanza di ſua colpa infame
Qui compagna ſoſpinga: il folle impari,
Quanto del Dio vendicator può l' ira,
Che 'l ſegue al tergo; ma chi ſerba in petto
Alma ſincera, e riveriſce il Nume,
Il Nume ſteſſo leggermente l' ara
Ne va lambendo, e quando il fuoco attinge
Le ſacre pompe, i ſagrifizj ei fugge,
E ſi rappiatta nello ſpeco: impetra
Queſti l' aita, e di Vulcano i doni.
Più non indugia: ove il nativo morſo
Rode le fibre, col favor ſeconda
Queſti rimedj, e ſana i corpi infetti,
Sgombrando il morbo, che fatal impera.
Il Nume autore, e la Natura ſteſſa
Diè lena all' arte ſua. Quale ſerpeggia
Più fiera peſte, o qual ſentier di morte
Più facil s' apre! Ma pur quindi un ſcudo
S' offre più forte del poſſente ſdegno.
Che ſe la prima medicina è vana,
Ove ſpeme riluce, il morbo aſſali,
Che ſe 'n va furiando. A pronto male

Adgredere. In ſubito ſubita eſt medicina tumultu.
Stringendæ nares, ſcindenda ligamina ferro
Armorum, geminaque cruor ducendus ab aure.
Hinc vitium, hinc illa eſt avidæ vehementia peſti.
Ilicet auxiliis feſſum ſolabere corpus:
Subſiduaſque faces, diffuſaque Maſſica priſco
Sparge cado. Liber tenueis è pectore curas
Exiget: eſt morbo Liber medicina furenti.
Quid dicam tuſſis, quid mœſti damna veterni,
Aut incurvatæ ſi qua eſt tutela podagræ?
Mille tenent peſtes, curaque potentia major.
Mitte age: non opibus tanta eſt fiducia noſtris.
Mitte animæ ex alto ducendum numen olympo,
Supplicibuſque vocanda ſacris tutela Deorum,
Idcirco aëriis molimur compita lucis,
Spicataſque faces ſacrum, ad nemora alta, Dianæ
Siſtimus, & ſolito catuli velantur honore;
Ipſaque per flores medio in diſcrimine luci
Stravêre arma, ſacris & pace vacantia feſtâ.
Tum cadus & viridi fumantia liba feretro
Præveniunt, teneraque extrudens cornua fronte
Hœdus, & ad ramos etiamnum hærentia poma,
Luſtralis de more ſacri, quo tota juventus
Luſtraturque Deæ, proque anno reddit honorem.
Ergo impetrato reſpondet multa favore
Ad partes qua poſcis opem, ſeu vincere ſilvas,

474. *Subſiduaſque faces*. Legitur in informi codice *faces*. Fæces poro ad ſcabiem illiniendam utibiles apud Virgilium lib. III. cap. LXXXI.

Convien pronto rimedio. Un ſtretto laccio
Le nari aſtringe, delle ſpalle i nodi
Rompi col ferro, e fuor deriva il ſangue
D' ambe le orecchie: ivi il malor s' annida:
Ivi il furor della vorace peſte.
Perciò ricrea lo ſtanco corpo, e ſpandi
Le feccie intorno, e generoſo vino
Da botte antica: le leggeri cure
Bacco ſgombra dal petto: al morbo inſano
E' Bacco medicina. A che rintraccio
I danni della toſſe, e del letargo
Maninconioſo, inerte, o ſe v' ha ſcudo
Della curva podagra? Aſſedio intorno
Fan mille peſti, e dall' attenta cura
Più val lor forza. Via t' arreſta: invano
Da noi ſperi cotanto: omai t' arreſta.
Il Nume tutelar dei trar dal cielo,
E dagli Dei con ſagrifizj e voti
Il ſoſtegno implorar. Perciò le vie
Stanchiam d' aerj boſchi, e di Diana
All' alte ſelve offriam tornite faci,
E il can s' avvolga entro l' uſata pompa,
E tra le fratte delle macchie, e i fiori
Si gettan l' armi, e gli ozioſi arredi.
Sul verde ceſpo le bottiglie allora
Si van recando, e le fumanti torte,
Ed il capretto, cui le corna ſpontano
Sulla tenera fronte, e i frutti ai rami
Affiſſi ancor, d' eſpiazion ſeguendo
L' uſo vetuſto, onde la giovin ſchiera
Si va purgando, e Cinzia ogn' anno onora.
Perciò corteſe ella riſponde ai voti,
Onde chiedi il favore, o delle ſelve
Vincer le fiere; o s' âi primier penſiero,

Seu tibi fatorum labes exire minafque
Cura prior, tua magna fides tutelaque Virgo.
  Reftat equos finire notis, quos arma Dianæ
Admittant. Non omne meas genus audet in arteis.
Eft vitium ex animo; funt quos imbellia fallant
Corpora: præveniens quondam eft incommoda virtus.
Confule, Penei qualis perfunditur amne
Theffalus *, aut patriæ quem confpexêre Mycenæ
Glaucum. Nempe ingens, nempe ardua fundit in auras
Crura. Quis Eleas potior luftravit arenas?
Ne tamen hoc attingat opus; jactantior illi
Virtus, quam filvas, durumque laceffere Martem.
Nec fævos miratur equos terrena Syene.
Scilicet & Parthis inter fua mollia rura
Manfit honor: veniat Caudini faxa Taburni,
Garganumve trucem, aut Ligurinas defuper alpes,
Ante opus excuffis cadet unguibus: & tamen illi
Eft animus, fingetque meas fe juffus in arteis.
Sed juxta vitium pofuit Deus. At tibi contra
Callæcis luftratur equis fcrupofa Pyrene.
Non tamen Hifpano Martem tentare minacem
Aufim. Murcibii vix ora tenacia ferro
Concedunt; at tota levi Nafamon*ia virgâ*
Fingit equos. Pifis Numidæ folvêre *jugales*,
Audax & patiens operum genus: ille vigebit
Centum actus fpatiis, atque eluctabitur iram.

504. *Luftravit*. Turnebus *luftrabit*.
507. *Miratur*. Cluverius *miretur*.
508. *Veniat*. Johnfonius *veniant*.
509. *Caudini faxa Taburni*. Vibio *Taburnus Samnitum* mons olifer. *Caudium* Romanorum ignominia propter furculas infigne.
516. *Murcibii*. Forte an *Murcinii*, vel *Myrcinnii*, ita ut per *Murcinios* intelligat Thracios.

Che strugga il fato le minaccie, e l' ire,
La Vergin sia tua somma speme, e scudo.
Riman ch' io canti i buon destrier, cui l' armi
S' adattin di Diana. All' arti mie
Non ogni schiatta è buona. Evvi difetto
Nell' alma loro: evvi del corpo imbelle
L' error fallace: spesso danno arreca
Immaturo valor. T' appiglia al mischio,
Qual il fiume Peneo cosparso ammira
Il Tessalo corsiero, o qual Micene;
Poichè grandeggia, poichè l' alte gambe
Riversa all' aure. Chi de' lidi Elei
Amò scorrer l' arene? Eppur non prenda
Costesto incarco: ha più superbo orgoglio,
Che sfidar boschi, e il faticoso Marte.
Nè i feroci destrier Siene ammira;
E i Persian dalle pieghevol gambe
Traggon lor vanto: venga a Caudio alpestre,
Od al truce Gargano, o sopra l' alpi,
Prima che prova sia l' unghia sonante:
Ei pur nutre valor, e pronto ai cenni
All' arti mie si piegherà; ma il cielo
Lo rese difettoso; e tu a rinconrro
Co' Gallo-Greci corridor rintraccia
La sassosa Pirene. Il fiero Marte
Però non tenterei col freno Ispano;
Appena que' di Murcia al ferreo morso
Piegan la dura bocca; i suoi corsieri
Coll' agil verga il Nasamone addestra.
Sciolte ne van di Pisa in su la lizza
Le Numidiche coppie, alle fatiche
Schiatta avvezza, e animosa. Ei serba il brio
Per cento vie correndo, e lotta invitto;
Nè molto costa il suo governo, e basta

Nec magni cultus; ſterilis quodcumque remiſit
Terra, fuit, tenueſque ſitim producere rivi.
Sic & Strymonio facilis tutela Biſaltæ;
Poſſent Ætnæas utinam ſe ferre per arteis *;
Qui ludus Siculis: quid tum ſi turpia colla,
Aut tenuis dorſo curvatur ſpina? Per illos
Cantatus Grajis Agragas, victæque fragoſum
Nebroden liquêre feræ. O quantus in armis
Ille meis, cujus dociles pecuaria fœtus
Sufficient, queis Chaonias contendere contra
Auſit, vix merita quas ſignat Achaïa palma!
Spadices vix Pellæi valuêre Ceranni
Et tibi devotæ magnum pecuaria Cyrrhæ
Phœbe decus, noſtras agere in ſacraria tenſas.
Vesanti melius pugnat color: optima nigri
Crura illi, badioſque legunt *in pectore crines*,
Et quorum feſſas imitantur terga favillas.
*O qua*ntum Italiæ, ſic Dii voluêre, parentes
Præſtant, & terras omni præcepimus uſu!
Noſtraque non ſegnis illuſtrat prata *juventus.*

528. *Nebroden*. Steyn. *Hebroden*. Montes Siciliæ dicti Nebrodes, non tantum ea parte, qua in Tuſcum prominent mare; ſed nomen hoc ultra medium etiam inſulæ verſus mare Africum ad fontes uſque Acragantis & Halyci amnium extenſum fuit. *Cluver.*

540. *Non ſegnis*. Johnſonius legit *quam pernix*.

Dello ſterile ſuol vile paſtura,
E gli ſpegne la ſete un picciol rivo;
Tal ne' ſtrimonj lidi un facil freno
Governa il Trace.. O nell' Etnea paleſtra
Foſſer pur atti ai Siciliani giochi;
Che fia, ſe queſti ânno deforme collo,
O ſul dorſo ſi piega anguſta ſpina!
Chiaro tra' Greci va per lor Girgenti,
E debellate abbandonar le fiere
Nebrodo fragoroſo. O qual tra l'armi
Egli riſplende, onde più nobil razza
Non ſi propaghi, che contraſti audace
I Caonj trofei, cui ſegna appena
Del meritato allor la prode Acaja!
Gli omeri appena del Pelleo Cerauno,
E di Febo e di Cirra alto ornamento,
Il ſacro gregge i noſtri cocchi all' are
Spinger potean. Al cacciator più giova
Nella pugna il color. Ottima ſcelta
Si fa di quel corſier, che ſpiega il crine
O negro, o bajo, od il cui tergo imita
La fiamma moribonda. O qual più vanto
Han gl' Italici padri, il Ciel sì volle,
E le terre coll' uſo abbiam iſtrutte!
E della noſtra gioventù vivace
Il generoſo ſpirto i prati illuſtra.

ANNOTATIONES

AD

GRATII FALISCI

CYNEGETICON.

V. 4. *Vitaque erat error in omni*. Omnino ſcribendum eſt: *Vita qui erat*. Et illud agnoſcere videtur vetus Editio: nam inibi ſcriptum, *vitaque*. Non dubitat Barthius quin ſit haec veriſſima emendatio. *Vita* totius omnem ordinem vitae ſignificat. Quo pacto aliquoties Lucretius, ſaepe alii ſcriptores locuti.

26. *Limbum, & quadruplici tormento adſtringere limbos*. Limbus grandis & capitalis linea illa eſt, qui minores limbi quadrangulo ſinuamine circumſtringuntur. Quare & *quadruplici tormento* dixit, quia quadrata figura plagae ſibimet conſtringi ſolent. Circumtorquentur enim in angulis funes, ut ſibimet circumplicati inhaereant. *Tormentum* & funis contortus. Intelligit itaque & tortos prius inter ſe invicem, & poſtea in caſſes contortos.

41. *Hiſpanæque alio ſpectantur Setabis uſu*. Ita tunc locum optime conſtituit Voſſius ad Catullum p. 36 dicit lina, quæ proveniunt in Setabi Hiſpana non eſſe apta retibus texendis, ideoque aliis uſibus deſtinanda, nempe ſudariis & ſimilibus textis. Urbi huic Hiſpaniæ ſecundam lini palmam tribuunt. Gratius autem ſecernit ab inſtrumento venatorio, ob mollitiem, utcunque alias utile. Barth.

46. *Pauper Alabandicus*. Plinius lib. XIX. *Cannabis vellitur poſt vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum præcipue uſibus*. Alabandam Cariæ civitatem auctor Stephanus. Gratius Alabandicos pauperes indigitat, cum luxum iis exprobret Juvenalis Sat. III. Niſi ſi ignobilitatem potius inibi notari credas.

67. *Ceciditque Ancæus*. Ancæus non unus fuit. Hic, quem loquitur, Œnei Calydonii filius, cum famoſiſſimum illum aprum ſecuri invaſiſſet, ab eo occiſus eſt. Heinſius idcirco reſcribendum putat: *in armis*. Arcas enim, inquit, erat Ancæus, Lycurgi filius, & ab apro Calydonio in agris Ætolis occiſus: quommodo ergo *ſuis in arvis*?

108. *Ille etiam*. Barthius dicit in ſua ſibi editione legi: *ille aciem*. Itaque nulla ante Dercylon venabula fuerant, ſiquidem ex ſolo ligno conſtare non poſſunt. Quis vero *Dercylos* iſte fuerit, non innoteſcit. Sed Plinius lib. VII. cap. LVI. Cretenſes dicit venabulum inveniſſe. Verba ejus ita legenda & diſtinguenda ſunt ex MS. Cod. illuſtris Boſwelii: *Pilum Pentaſileam Amazonem; ſecurim Piſæum; venabula & in tormentis ſcorpionem Cretes*.

125. *Ne tela relinquite*. Merito hoc monuit perfectiſſimus Venator: cum alii omnes de ſagittis nihil præceperint, & præcipuam artis ſuæ partem neglexerint, qua Cretes & Albani potiſſimam venationis gloriam adepti ſunt. Chiron quoque, quem primum venatorem celebrat Xenophon, hinc Sagittarii nomen meruit.

144. *Gemmantes versus*. *Gemmantes versus* sunt virgæ cum incipiunt gemmas protudere. Palladius Martii tit. X. *Ramus gemmante jam matre sumatur*. Barthius a sua editione *gummantes* producit. Apud eundem Palladium frequens est, *gummare*. *Gummatione* ollas muniri jubet Columella; unde Isidorus in Glossis: *gumma &c.*, Ausonius Edull. VI de Myrrha:

Gummea fletiferi jaculatur succina trunci.

156. *Celtae*. Primi itaque & in Gallia canes bellicosi fuerunt, & nullos adhuc sagaces ibi fuisse Gratii tempore ex ipso, aliisque colligere est. Strabo testatur lib. IV quod canibus ad vera bella uterentur Galli. Plinius lib. VIII. cap. XL. De Canibus: *Hoc idem e luois Galli, quorum greges suum quisque ductorem e canibus, & Lycifcam habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Namque inter se exercent etiam magisteria*.

161. *Hyrcanae*. Canes e tigride & cane progenitos Indis adscribunt plerique. Aristotel. lib. VIII de Animal. cap. XXVIII; cui assentit Plinius inquiens: e *tigribus eos Indi volunt concipi*. Idcirco credibile videtur hujus generis fuisse celeberrimos illos Alexandri canes, qui leones & elephantos prosternerent, quos ab Indorum Rege dono habuit.

203. *Vertrabam*: Celticum hoc est vocabulum, ut docet Henricus Stephanus. Alii legunt *Ventranam* a tranandis ventis. Cæterum Merula non male a *ver* & *dragen* etimologiam petiit. Vide Martialis apophor. de cane *Vertrago*.

209. *Metagontes*. Magnus Gesnerus a *Metagonio* Libyae urbe hos denominatos esse hariolatur, ut sint Libyci canes, quos laudat Nemesianus.

212. *Sparta suos*. De Spartanis canibus Xenophon, Oppianus, Nemesianus, Eustachiusad Odyssæam. *Veloces Spartæ catulos* vocavit Maro Georg. III. Robore, odore, & cursu, æque ac Laconici, excelluerunt pariter Cretenses canes. *Pugnaces Cressæ*, Seneca inquit. Unde & Xenophon ad aprariam venationem eas adscivit.

214. *Glympice*. *Glympicis* huius nomen torquet Interpretes. Videtur *Glympicem Hagnonis* forsasse canem fuisse, qui primus instituerit loro canes vincire, & ita venatum ducere, ne præcipiti ardore feras fugarent potius quam indagarent, de qua noxia modo verba fecit Gratius. *Hagnon* autem viri nomen est, non canis, ut putavit vir eruditissimus Bon. Vulcanius ad Callimachum. Possit autem *Gymnice*, vel tale quid excogitari nominis, cujus generis extant apud Xenophontem.

253. *Thoum*. Ex pardo & lupo, aut ex lupo & hyæna, sive ex cane & hyæna hoc genus belluæ nasci ajunt. *Semiferam* vero vocat, quæ ex fera, & mansueta aut domestica bestia procreatur. Plinius lib. VIII. cap. *de semiferis animalibus*: *In nullo genere aeque*, ac in suibus ex præcedenti capite repetitis, *facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas sues vocabant semiferos*.

303. *Ut eris delata*. Ita Vulgatam, quæ sensu prorsus carebat, Editor Batavus accomodavit. Ulitius legit *delacta*. Sed Hollandus Editor forte legendum autumat:

Illa perinde suos, uteri de lacte, minores,
Ac longam præstabit opem.
Vel,
Illa perinde suo saturat de lacte.

305. *Fregitque industria matres*. *Franrere matrem* hic est, naturalem affectum, quem in prolem habent matres, vincere, ac tandem abolere. Ita *tractæ claustris feræ*, quibus diuturna captivitas omnem feritatem exuit.

307. *Maza*. Pane subacto. Varro: *nec non ita panem ordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum*. Sic & Columella *omnes fine discrimine canes ordeacea farina cum sero commode pascit. Sin autem surculo consitus ager sine pascuo est, ferreo, vel triticeo pane jactandi sunt, admisto tamen liquore coctæ fabæ, sed tepido*. Hæc maza est, sive lacte, sive aqua subacta.

331. *Nec vile arbitrium est*. Electio videlicet magistri canum; vel *arbitrium* pro imperio usurpatum. Ut *arbiter* est Imperator. Sic Horatius de Neptuno:

Quo non arbiter Adriæ
Major, tollere seu ponere vult freta.

337. *Factusque*. Hanc lectionem acriter tuentur Interpretes. Sed quidquid adferatur, non videtur fine menda esse interpretatio. An forte melius scribendum?

Factisque ades omnibus armis.

Editor vero Batavus a prima lectione non discedit, ac to *factus* explicat pro *instructus*, *paratus*. Innititur potissimum Ciceronis exemplo qui lib. II. Epist. XXIV ad Atticum ait: *hic ille omnia, quæ voluit, de Rep. dixit, ut qui illuc factus instructusque venisset*.

340. *Canaque e Male*. Sunt qui legant: *canaque e Macle*. Nec perperam. Est enim *maclis* sive *machlis* fera ut testatur Plinius lib. VIII. cap. XV. *Item notam in Scandinavia insula, nec unquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam machlin, haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu*.

356. *Succus acer*. Omnia acria sistunt sanguinem. Per *succum acrem* Gratius acetum intelligit, quod præter cætera bene cruorem sistere scribit Celsus libro V. Vide & Plinium libro XXIII. cap. I. Quare *tum* non *dum* scribendum, ut postulat sententia.

387. *Vermiculum dixere*. Plinius lib. XXIX. cap. V. *Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis Lytta: quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt*. Nemo tamen est qui vermiculum hunc vidisse tradidit. Sextus Platonicus, siquidem Pliniana illa verbotenus fere descripserit, non vermiculum, sed *canis rabidi id quod sub lingua habet*, periphrastice vocavit.

401. Varro lib. II. cap. IX. de villaticis agens. *Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur mellum, idest cingulum circa collum ex corio firmo cum clavulis capitatis; quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri*.

402. *Lucifugæ Melis*. Quia cavernas incolit, & sæpe haud aliter ac ursi totam hyemem in iis se tenet, ut referunt Germani Venatores, qui aliquoties Mælem venati sunt. Aliam esse Mælem docet Gesnerus; nec quidem contrarium Varronis loco evinci potest lib. III. cap. XII ubi leporarii septa, *ut tectorio tecta sint*, præcipit, *ne meles, aut feles, aliaveque bestia intrare possit*. *Taxum* hodiernum esse antiquorum Mælem licet opinari.

462. *His fave præsidiis*. Notandum migrare Gratium Canonas legis Prosodiæ in *e* correpto. Sunt tamen exempla non pauca; ut apud Martialem lib. III. Epigramm. IV.

Si quando veniet, dicat responde, Poëta
Exierat; veniet cum Citharædus erit.

Et Ovidius.

Idque quod ignoti faciunt, vale dicere saltem.

In Gratio *fove*, non *fave* habet Ulitii editio.

502. *Thessalus*. Primas huic omnes fere concedunt. Varro Catalogum præstantium equorum ita inchoat lib. II. cap. VII. *Itaque ad hoc nobiles a regionibus dicuntur: in Græcia Thessalici equi &c.*

524. *Ætnæas per artes*. Conjecit Ulitius legendum:

Possent atque meas utinam se ferre per artes.
Has artes, hunc ludum in Siculis laudat. Aut *Ætnææ artes* pro Pyrrhica equestri accipiendæ, quam primus in Sicilia instituisse Æneas traditur. Aut saltem de velocitate, qua in Olympicis excelluerunt Ætnæi, & Siculi equi.



GRATII FALISCI
HALIEUTICA.

PRÆFATIO.

Opusculum hoc ſive inabſolutum ab authore, ſive injuria temporum adeſum, quanquam certo alicui adſcribere non poſſumus, Gratii tamen potius eſſe, quam Ovidii, aut alius cujuſquam, paucis demonſtrant Interpretes, ac Commentatores. Primum facile inter argumenta locum meretur materiæ quædam cognatio. Veteres enim, ac Neoterici volatilium, terreſtrium, & aquatilium hiſtoriam, ac venationem ſpeciatim executi ſunt. Hæc prima ratio, cur inter cæteros Janus Ulitius Gratii *Cynegeticon* Halieuticon fragmentum ſubjecerit. Altera non longe abſcedit, qua aſſerere licet, ab aliquo pedeſtris venationis & perito quam maxime, & amatore ſcriptum id eſſe, qui tum curioſe de equis, reliquiſque terreſtribus animalibus, tum de canum ſagacitate quam aptiſſime & eadem, qua Gratius, methodo narrans, ſatis longam de iis diſſertationem interjicit. Tertium argumentum facit Codex ille Sannazarianus, ex quo unico Gratii *Cynegeticon*, Halieuticaque hæc propagata olim

ſunt; quem ordinem etiam ſervat Thuanæus codex, qui, etſi Cynegetici potiorem partem non habet, Halieutica ne uno quidem verſu auctiora, aut imminuta, continuo ſubjicit. Poſtremo ſtilus quoque, præter phraſiologiam, in iis potiſſimum ubi de terreſtribus agit, plane venaticam ac Gratianam, ut liquet ex iis, quæ cum Cynegetici locutione comparentur, ſi non Gratio totum vindicandum, ſaltem Ovidii non eſſe evincit. Quibus fulcimentis ſtabiliti minus veremur, ne obex ille ſubmoveri poſſit, quem Plinii auctoritas, an hallucinatio injicit. Is lib. XXXII. cap. II., & ultimo ita infit: *Mihi videntur mira & quæ Ovidius prodidit piſcium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inſcribitur.* In fine ejuſdem libri, & ultimi capitis, poſt infinitam piſcium nomenclaturam addit: *His adjiciemus apud Ovidium poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur; ſed fortaſſis in Ponto naſcuntur, ubi id volumen ſupremis ſuis temporibus inchoavit.*

Sed quod Plinius videtur Ovidio attribuiſſe, quia in Ponto ſcriptum hariolabatur, contrario argumento probatur Ovidii non eſſe. Quomodo enim Romam delatum, ſi non ab ipſo miſſum, ut reliqua, quæ in Ponto condidit? Quomodo mitti ab ipſo potuit, ſi inchoatum tantum, & ut revera eſt, inabſolutum & imperfectum reliquit? Si tamen inchoavit id volumen in Ponte Ovidius, cur hujus non meminit, ut ejus, quod de bello Actiaco moliebatur, & alterius Getico ſermone,

quæ item inabſoluta reliquit? Suſpicamur itaque inveniſſe forte Plinium Ovidii operibus affixa Halieutica, ſive ſine nomine, ſive ſub eo, quod Plinio non ſatis innotuerat, ut puta Gratii; ideo Ovidii ea eſſe hariolatus eſt. Non deſunt denique qui Nemeſiano opellam hanc adſcribant. Cujuſcumque ſit, nos hic Gratio ſubjecimus, cum ob materiæ, quæ univerſam animalium hiſtoriam magis, quam piſcium, ſpectat, tum ob ſtili affinitatem.



PREFAZIONE.

SEBBENE attribuir non si possa a certo Autore la presente picciola produzione imperfetta, o smozzata dal tempo, nondimeno gl' Interpreti, e i Commentatori ci dimostran in breve, ch' ella sia piuttosto di Grazio, che di Ovidio, o d' altro Scrittore. Tra gli argomenti il primo luogo si merita agevolmente l' affinità della materia. Imperocchè gli Antichi, e i Moderni ànno singolarmente trattata la storia de' Volatili, de' Terrestri, e degli Acquatici. E' codesta la prima ragione, per cui tra gli altri Interpreti Giano Ulizio aggiunse dopo la Caccia di Grazio il frammento della Pescagione. L' altra non molto si dilunga, onde ci lice asserire, che ciò abbia scritto alcuno ben pratico, e amatore della pedestre cacciagione, il quale sì dei cavalli, e degli altri terrestri animali in guisa bizzarra, sì della sagacità dei cani abilmente trattando, e collo stesso metodo di Grazio vi connette sopra loro una lunga dissertazione. Il terzo argo-

mento vien avvalorato dal Codice del Sannazzaro, dal qual solo furon un tempo il Cynegeticon, *e l'* Halieutica *divulgata; il qual ordine pur si serba dal Codice Tuaneo, che sebben non ha la parte maggiore del Cinegetico, ci soggiunge immediatamente l' Halieutica nè d' un verso accresciuta, nè scemata. Finalmente lo stile eziandio, oltre il fraseggiare di Caccia, e di Grazio proprio, singolarmente ne' terrestri oggetti, come risulta dal paragone col Cinegetico, ci convince, che se attribuire in tutto a Grazio non si dee, non appartiene almeno ad Ovidio. Sopra tai fondamenti appoggiati ci lusinghiamo più facilmente levar quell' ostacolo, che ci oppone l'autorità, ovver l' abbaglio di Plinio. Egli nel lib. XXXII. cap. II. ed ultimo parla in tal guisa:* A me sembran maravigliosi i genj dei pesci, di cui trattò Ovidio in quel volume, che s' intitola Halieuticon. *Sul fine dello stesso libro, e dell' ultimo capo un infinito catalogo di pesci aggiunge:* A questi accoppieremo i nomi allegati da Ovidio, che presso nessun altro si ritrovano; ma che forse nascono nel Ponto, dove diede principio a tal libro negli ultimi tempi di sua vita.

Ma ciò che Plinio sembra attribuire ad Ovidio, perchè a indovinare si faceva, che scritto fosse nel Ponto, si prova con opposto argomento che non è di Ovidio. Imperocchè in qual maniera fu trasportato a Roma, s' egli stesso non ve lo mandò, siccome le altre Poesie, che nel Ponto compose? In

qual guisa spedir da lui si poteva, se soltanto era principiato, e, come è in realtà, lasciollo tronco ed imperfetto? Se nondimeno cominciò Ovidio nel Ponto un tal volume, perchè di questo non fece menzione, come di quello che meditava sopra la guerra d'Azio, e dell'altro scritto in Gotico idioma, i quali lasciò parimenti incompleti? Ci nasce pertanto il sospetto, che abbia ritrovato Plinio il titolo di Halieutica affisso alle Opere di Ovidio, o senza nome dell'Autore, o con quello, di cui Plinio non aveva abbastanza contezza, come pensar si può di Grazio; perciò immaginò da indovino che fossero eglino versi di Ovidio. Non mancano eziandio coloro, che attribuiscono questa Operetta a Nemesiano. Di qualsivoglia Autore ella sia, noi qui l'abbiamo aggiunta a Grazio, sì per l'affinità della materia, che riguarda la storia generale degli animali, più che de' pesci, sì per la eguaglianza dello stile.



LA PESCAGIONE

DI GRAZIO FALISCO.

HALIEUTICA.

C. Julii Solini Polyhistoris Ponticon Fragmentum.

Tethya marmoreo fœcondam pandere Ponto,
Et ſalis æquorei ſpirantes molle catervas,
Quæque ſub æſtifluis Thetis humida continet antris
Cœptantem Venus alma ſove: quæ ſemine cœli
Parturiente ſalo, divini germinis æſtu,
Spumea purpureis dum ſanguinat unda profundis,
Naſceris è pelago; placito Dea proſata Mundo.
Nam quum prima ſoret rebus Natura creandis
In fœdus connexa ſuum, ne ſtaret inerti
Machina mole vacant, tibi primum candidus Æther
Aſtrigeram ſaciem nitido gemmavit Olympo.
Te fœcunda ſinu Tellus amplexa reſedit
Ponderibus librata ſuis. Elementaque juſſa
Æternas ſervare vices. Tu fœtibus auges
Cuncta ſuis: totus pariter tibi parturit Orbis.
Quare, Diva, precor quoniam tua munera parvo
Auſus calle ſequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios: & lumine læta ſereno
Pierias, age, pande vias: da Nerea molli
Pacatum gaudere freto: votiſque litata
Fac ſaltem primas pelagi libemus arenas.
Vos quoque qui reſono colitis cava Tempea cœtu
* * * * * * * *

LA PES-

13. *Librata.* Salmaſius legit *fundata*. Idem Interpres tuetur lectionem, quã proſequtur: *elementaque juſſa*, neque a vulgari opinione devincitur, quæ admittit *elementaque viſa*.

LA PESCAGIONE.

Or che prendo a càntar Tetì feconda,
E de' ſalati campi il molle armento,
E i guazzoſi animai, cui Teti accoglie
Nei ſpechi ondoſi, il tuo favor m'avvivi,
Venere diva, che dal pregno flutto
Germe dei Numi, e con celeſte ſeme,
Mentre ſpuma del mar l'onda vermiglia,
Naſci dall' Oceâno, al dolce raggio
Fuor guizzando del dì; poichè nel primo
Sorgere delle coſe in dolce nodo
Sendo Natura avvinta, affin che il Mòndo
Non foſſe inerte mole, a te nel Cielo
L'Etere biancheggiante ornò di gemme
Il crin ſtellato. Te nel ſen ſtringendo
La fertil Terra ſi librò tranquilla
Sui cardin ponderoſi, e gli elementi
Fur coſtretti a ſerbar l'eterne leggi.
Per te creſce la prole, e il Mondo tutto
Per te germoglia; onde ti prego, o Diva,
Poichè fervido d'eſtro i doni tuoi
Seguo pel picciol calle, ergi corteſe
Dal gorgo criſtallin la ſacra fronte,
E con ſereni rai m'apri ridente
Il Pierio ſentierio: il mar tranquillo
Rendi a Nettuno, e ſopra il lido accogli
Almen le prime libagioni, e i voti.
Voi pur, o Numi, che vi fate albergo
I campi ſparſi del mugghiante gregge.

. . . .

GRATII FALISCI

HALIEUTICA.

Accepit mundus legem, dedit arma per omnes,
Admonuitque sui: vitulus sic namque minatur
Qui nondum gerit in tenera jam cornua fronte,
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,
Et morsu canis, & caudæ sic scorpius ictu:
Concussisque levis pennis sic evolat ales.
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,
Præsidiumque datum sentire, & noscere teli
Vimque modumque sui; sic & Scarus arte sub undis,
Contextam si forte levi de vimine nassam
Incidit, assumtamque dolo tandem pavet escam,
Non audet radiis obnixa occurrere fronte.
Aversus crebro veniens sed verbere caudæ *
Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.
Quin etiam si forte aliquis *dum pone* nataret
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit
Aversi caudam morsu tenet *, atque *ita flexu*
Liberiore natans, quem texit *nassa*, resultat.
Sepia tarda fugæ, tenui cum forte sub unda
Deprensa est, jam jamque manus timet illa rapaceis,
Inficiens æquor nigrum vomit illa cruorem,
Avertitque vices, oculos frustrata sequentes.

24. *Minatur*. Ita Pithœus edidit ex MS. Thuanei; at ex MS. Sannazarii editis constat *minaci*.

28. *Concussisque*. MS. habent *concursisque*.

LA PESCAGIONE
DI GRAZIO FALISCO.

Il Mondo ebbe le leggi, a tutti l' armi
Diede, e il proprio valor: così minaccia
Con fronte ancor inerme il fier torello;
Così le capriole in fuga vanno,
Col nobile furor pugna il lione,
Col morso il cane, e lo scorpion coi colpi
Di biforcuta coda, e sì battendo
Le rapid' ali va l' augello a volo.
La sconosciuta morte in tutti spande
Alto timor: tutti la possa e l' arte
Conoscon del nemico, e tutti sanno
Di se stessi la forza, e de' lor strali.
Con tal arte lo Scaro in mezzo all' onde
Se incappa in rete di virgulti intesta,
E l' esca ingannatrice alfin paventa,
Non osa incontro andar con dritta fronte,
Ma venendo a ritroso, e aprendo il calle
Colla sferzante coda i cerchi allarga,
E nel mar spazioso esce sicuro.
Anzi se qualche Scaro, allor che al tergo
Si spinge a nuoto, affaticar lo vede
Nella prigione, egli cortese afferra
L' opposta coda, e in guisa tal notando
Con più facile giro allegro guizza
Fuor della rete, che l' avvolge, e copre.
La Sepia inerte al corso, allor che colta
Viene in picciolo guado, e già paventa
La man rapace, vome un negro umore
Macchiando l' onde, ed il sentier scolora

Clausus rete Lupus, quamvis immanis, & acer,
Dimotis cauda submissus sidit arenis:
Atque ubi jam transire plagas persentit, in auras
Emicat, atque dolos saltu diludit inultus:
Et Muræna ferox * teretis sibi conscia tergi,
Ad laxata magis conversa foramina retis,
Tandem permultos evadit lubrica flexus,
Exemploque nocens, cunctis intervenit una.
At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus haeret, & hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit mutatque colorem;
Semper ei similis quem contigit; atque ubi praedam
Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit
Elato calamo, cum demum emersus in auras
Brachia dissolvit *, populatumque expuit hamum.
At Mugil * cauda pendentem everberat escam,
Excussamque legit. Lupus acri concitus ira,
Discursu fertur vario, fluctusque ferentes
Prosequitur, quassatque caput, dum vulnere sævus
Laxato cadat hamus, & hora patentia linquat.
Nec proprias vires nescit Muræna nocendi:
Auxilioque sui *, morsu nec cominus acri
Deficit, aut animos ponit captiva minaccis.
Anthias * his, tergo quæ non videt, utitur armis.
Vim spinæ novitque suæ, versoque supinus

46. *Sidit arenis*. Ita Editor Batavus. MS. legunt *ridet*. Gesnerus legit: *latitat submissus arenis*.

47. *In auras*. Plinius docet *Lupum reti circumdatum arenas arare cauda, atque ita conditum transire rete*.

Allè deluse luci. Il Lupo inchiuso
Entro la rete, benchè immane e fiero,
Colla gran coda razzolando intorno
La scossa arena giù s' abima, e siede,
E quando sente che varcò le maglie,
Si spicca all' aure, e con un salto i lacci
Delude invendicato; e la feroce
Murena consapevole del dorso
Rotondo e liscio agli allargati fori
Rivolti della rete alfin guizzando
Fuòr si travolve dalle molte ambagi,
E ne ritorna con dannoso esempio
Al denso stuolo. Si aggavigna ai scogli
Il setoloso Polipo, e la rete
Così delude, e il color veste, e cambia,
Come suole la spiaggia, uguale ognora
Al suol, che attinge; e quando ingordo afferra
La tremolante preda, allor pur fugge
Il guinzaglio, che il trae, poichè sbalzato
Alfin nell' aure si sprigiona, e vome
Il nudo uncino; ma la tremola esca
Coll' aspra coda il Cefalo flagella,
E scossa la raccoglie. Il Lupo acceso
D' ira feroce vagolando intorno
Ne va per l' onde, e ne seconda il corso,
E' squassa il capo, finchè 'l strale infisso
Dalla larga ferita esca, e abbandoni
L' aperta bocca; nè di forza, e d' arte
E' scema la Murena, ed ha lo scudo
Nel fiero morso, nè depone avvinta
Gli spirti minacciosi. Ella pur usa
L' Antlia quell' armi, che non vede al tergo,
E sa la forza di sua spina, e volta
Col riversato corpo i lacci fende,

Corpore, lina secat, fixumque intercipit hamum.
Cætera quæ densas habitant animalia sylvas,
Aut vani quatiunt semper lymphata timores,
Aut trahit in præceps non sana ferocia mentis.
Ipsa sequi natura monet, vel cominus ire,
Impiger ecce Leo venantum sternere pergit
Agmina, & adversis infert sua pectora telis:
Quoque venit, fidens magis, & sublatior ardet,
Concussitque toros, & viribus addidit iram.
Prodigus atque suo properat sibi robore lethum.
Fœdus Lucanis provolvitur Ursus ab antris,
Quid nisi pondus iners, stolidæque ferocia mentis?
Actus Aper setis iram denunciat hirtis,
Et ruit oppositi, nitens in vulnera ferri,
Pressus, & emisso moritur per viscera telo.
Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,
Ut pavidi Lepores, & fulvo tergore Damæ
Et capto fugiens Cervus sine fine timore.
Hic generosus honos, & gloria major Equorum:
Nam capiunt animis palmam gaudentque triumpho,
Seu septem spatiis circo meruère coronam.
Nonne vides * victor quanto sublimius altum
Attollat caput, & vulgi se venditet auræ?
Celsave cum cæso decoratur terga Leone,

75. *Ecce leo*. Ita MS. & Pithœus, & Ciofanus. Legitur tamen & *telo*.

79. *Prodigus*. Ita conjecit Interpres ex Horatio: *animeque magne prodigum Paulum*. Vulgo in omnibus libris: *prodidit*, *atque suo*.

83. *Et ruit*. MS. *se ruit*.

90. *Circo meruere*. MSS. legunt: *circo movere*.

E l' amo infiſſo ne riſeca, e ſcioglie.
Gli altri animali, che ſi fanno albergo
Dei denſi boſchi, o van timor aggira
Mai ſempre forſennati, o furibondi
Gli travolve il furor di mente inſana.
Lor inſegna Natura a ſeguir l' orme,
Od a fuggir ritroſi. Ecco s' avventa
Ad atterrar de' cacciator le ſchiere
Il Lion animoſo, e l' aſte affronta,
E dove va, più generoſo e baldo
Arde e divampa, e la velloſa chioma
Scote sbuffando, ed alla forza aggiunge
L' ira feroce, e col valor ſuo ſteſſo
I riſchi sfida, ed a morir s' affretta.
L' Orſo deforme dai Lucani ſpechi
Se n' eſce furiando, inerte pondo,
E di cieco furor ſtolida preda.
Accaneggiato il fier Cignal lo ſdegno
Moſtra arruffando il dorſo, e contro i dardi
Va degli aſſalitori, e cinto intorno
Cade dal ferreo ſtral trafitto il fianco.
L' altra parte fidando ai piè veloci
Il tergo volge a chi la incalza e ſegue,
Come il timido Lepre, e il fuggitivo
Cervo tremante, e il fulvo Capriolo.
Ma più bel vanto, e chiara gloria avviva
Il nobile Corſier, poichè l' alloro
Ama, e s' allegra del trofeo, ſe attinge
Dopo ſette rivolte il marmo eleo.
Non vedi quanto vincitor la fronte
Inalberi ſublime, e come goda
Dell' aura popolare? E quanto altero
Ei mova, e maeſtoſo, ove la pelle
D' un eſtinto Lion gli adorni il tergo?

Quam tumidus, quantoque venit ſpectabilis actu,
Compeſcatque ſolum generoſo concita pulſu
Ungula ſub ſpoliis graviter redeuntis opimis?
Quæ laus prima Canum, quibus eſt audacia præceps *,
Venandique ſagax virtus, vireſque ſequendi.
Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,
Et nunc demiſſo quærunt veſtigia roſtro,
Et produnt clamore feram, dominumque vocando
Increpitant; quem ſi collatis effugit armis,
Inſequitur tumuloſque canis campoſque per omnes.
  Noſter in arte labor poſitus, ſpes omnis in illa.
Nec tamen in medias pelagi te pergere ſedes
Admoneam, vaſtique maris tentare profundum.
Inter utrumque loci melius moderabere funem:
Aſpera num ſaxis loca ſint; nam talia lentos
Depoſcunt calamos: at purum retia littus.
Num mons horrentes demittat celſior umbras
In mare, nam varie quidem fugiuntque petuntque.
Num vada ſubnatis imo viridentur ab herbis
Gurgite: limoſa num quis paſcatur arenâ,
Oblectetque moras, & molli ſerviat algæ.
Deſcripſit ſedes varias natura profundi:
Nec cunctos una voluit conſiſtere piſces.
Nam gaudent pelago, quales Scombrique, Boveſque,
Hippuri celeres, & nigro tergore Milvi,
Et pretioſus Helops noſtris incognitus undis *.

96. Compeſcatque. Pithœus legit: conpiſcatque.

E come raspi il suol l' unghia sonante
Sotto le spoglie del guerrier, che grave
Riede tra i plausi? Qual de' fidi cani
E' primo vanto, cui ravviva, e infiamma
Ardir precipitoso, e brio sagace
D' andar cacciando, e di seguir l' istinto.
Coll' alte nari or cercan l' aure, or l' orme
Traccian col chino muso, e colle grida
Scopron la fiera, ed abbajando sono
Al lento cacciator sprone, e rimbrotto;
Cui se, raccolte l' armi, alfin s' invola,
E pei poggi, e pei campi il can la insegue.
Il nostro studio sta nell' arte, e splende
In lei tutta la speme. Io non t' avverto,
Che tu però t' inoltri in mezzo all' onde,
E che tenti del mar il sen profondo.
Assai più gioverà far saggio esame
Dell' una e l' altra meta; e dove sorge
Scogliosa roccia, poichè là fa duopo
La tarda canna; ma le reti chiede
Il primo lido, se l' altero monte
Getti nel bruno mar le squallide ombre;
Poichè suol variar la fuga, e il corso
Il muto armento; se verdeggi il fondo
D' erbe novelle; se vi sia chi pasca
Nella fangosa arena, e faccia in seno
Delle tenere canne un grato indugio.
L' ampie sedi del mar partì Natura,
Nè le piacque adunar i pesci insieme;
Poichè ne van giojosi altri per l' onde,
Siccome i Sgombri, i Bovi, e i snelli Ippuri;
E la Rondine pinta il liscio tergo
Di brune macchie, e del Pansilio flutto
L' Elope prezioso; e il duro Spada,

Ac durus Xiphias, ictu non mitior enſis,
Et pavidi magno fugientes agmine Thunni.
Parva Echeneis adeſt, mirum, mora puppibus ingens!
Tuque comes ratium, tractique per æquora ſulci
Qui ſemper ſpumas ſequeris Pompile nitentes;
Cercyroſque ferox ſcopulorum fine moratus.
Cantharus ingratus ſucco: tum concolor illi
Orphus, cœruleaque rubens Erythinus in unda.
Inſignis Sarguſque notis, inſignis & alis,
Et ſuper aurata Sparulus cervice refulgens,
Et rutilus Pagur, & fulvi Synodontes, & ex ſe
Concipiens Channe gemino fraudata parente.
Tum viridis ſquamis parvo Saxatilis ore,
Et rarus Faber, & pictæ Mormyres, & auri
Chryſophrys imitata decus: tum corporis Umbræ
Liventis, rapidique Lupi, Percæque, Tragique.
Quin laude inſignis caudæ Melanurus & ardens
Auratis Muræna notis, Merulæque virentes,
Immitiſque ſuæ Conger * per vulnera gentis,
Et capitis duro nociturus Scorpius ictu,
Ac nunquam æſtivo conſpectus ſidere Glaucus.
At contra herboſa piſces laxantur arena,
Ut Scarus, epaſtas ſolus qui ruminat eſcas,

140. *Et capitis*. *Captus* legit Ciacconius

Non più del ferro, da cui prende il nome,
Arrendevole e molle, e in vasta schiera
I fuggitivi Tonni paventosi.
Evvi il picciolo Riccio, o maraviglia,
Remora delle navi; e tu Pompilo,
Compagno delle prore, e de' lor solchi
Nel mar segnati, che le bianche spume
Segui mai sempre; e il Cercere feroce,
Che sul margo dei scogli ha l' aspro albergo.
Il Cantaro, che stilla ingrato sugo;
Indi d' ugual color l' Orso dipinto,
E rosseggiante nell' azzurro flutto
Il Fragolino, e di leggiadre macchie
Adorno il Sargo, e di bell' ale adorno;
E sfavillando per l' aurata fronte
Il picciol Sparo; e il Granchio luminoso,
E i fulvi Sinodonti, e da se stessa
Riproducendo Canne la sua stirpe;
Quindi di verdi squame, e angusta bocca
Fornito il Sassajolo, e il raro Zéo,
E i Mormiri dipinti, e il nobil Criso,
Che il pregio imita, ed il color dell' oro.
Poscia i rapidi Lupi, e di squallore
L' Ombre cosparse; e i Persici, e il Montone.
Pur evvi il Melanuro altero e gajo
Per la macchiata coda, e fiammeggiante
Per auree squame la Murena, e il Mergo
Di verde spoglia, e lo spietato Congro
Pel scempio di sua schiatta, e lo Scorpione,
Che col cozzar del duro fronte offende;
E l' invisibil Glauco ai giorni estivi.
Altri all' incontro sull' erbosa arena
Fan scorribande, qual lo Scaro, il solo
Che ruminando va l' erbe pasciute;

Fœcundumque genus Mænæ, Lamyrosque Smarisque;
Atque immunda Chromis, merito vilissima Salpa:
Atque avium dulces nidos imitata sub undis;
Et Squalus, & tenui suffusus sanguine Mullus:
Fulgentes Soleæ candore, & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus littore Rhombus:
Tunc Epodes lati, tum molles tergore Ranæ.
Extremæ pas*cunt propter confinia ripæ*
Aut fixæ scopulis, hærent Pernæque, Sudesque,
Lubricus & spina nocuus non Gobius ulla,
Et nigrum niveo portans in corpore virus
Lolligo, durique Sues, sinuosaque Serpens,
Et tam deformi non dignus nomine Asellus.
Tuque peregrinis Acipenser nobilis undis.

. . . .

146. *Dulces nidos*. Gesnerus periphrastice hisce Phycidem innui ait; itaque Interpres legit: *atque avium Phycis nidos imitata*.

E quale delle Menole feconde
La densa schiera, e il candido Giroro,
Ed i Lamiri, e il Coracino immondo,
E la ignobile Salpa imitatrice
Degli Aligeri augelli in tesser nidi;
E il marittimo Cane, e di sanguigno
Color pinta la Triglia; un bel candore
Sfavillan i Sogliuoli, e lor s' uguaglia
Il Passero, e dell' Adria maraviglia
Il vago Rombo; indi i panciuti Epodi;
Indi le Rane dilicate e mòlli.
Si pascono da sezzo in su le sponde,
O stan su i scogli avviticchiate e fisse
Le candide Conchiglie, e le Sfirene,
E spogliato di spine il liscio Ghiozzo,
E il Calamajo, che nel bianco corpo
Chiude negro veleno, e i duri Verri,
E il tortuoso Serpe, e l' Asinello
Indegno di tal nome infame e vile;
E tu famoso ne' stranieri flutti,
O Sturione, e delle mense onore.

. . . .



ANNOTATIONES

AD

GRATII FALISCI

HALIEUTICA.

V. 35. *Aversus crebro veniens sed verbere caudæ*. Plinius sic expressit: *Scarum inclusum nassis non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere*.

39. *Aversi caudam morsu tenet*. Plinius ait: *si forte alius Scarus luctantem extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adjuvat nixus erumpentis*.

49. *Et Murena ferox*. Plinius inquit, *Murænam maculas appetere ipsas, consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec evadat*.

59. *Brachia dissolvit*. Juxta Plinium Polypus hamos appetit, brachiisque complectitur, non morsu; nec prius dimittitur, quam escam circumroserit.

60. *At Mugil*. Mugil vero ex Plinii doctrina scit esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibos.

66. *Auxilioque siti*. Legunt *sui* MS. Murænæ juxta Plinii historiam amplius devorant quam hamum, admoventque dentibus lineas, atque ita erodunt.

68. *Anthias*. Plinius lib. 9. cap. 59. Anthiæ, cum unum hamo teneri viderint, spinis, quas in dorso serratas habent, lineam secare traduntur: eo, qui tenetur, extendente, ut præcidi possit. At inter sargos ipse qui tenetur, ad scopulos lineam terit.

91. *Nonne vides*. Virgilium & hic, quod solet identidem in Cyneg. expressit noster, Georg. III. *Quæ gloria palmæ. Nonne vides, cum præcipiti &c.*

98. *Audacia præceps*. Mera Gratii phrasis. De cane Hyrcano: *sed præceps virtus &c.* Pertinet hoc ad genus bellicosum, cum *vocat extremo* (ut ibi canit) *præceps discrimine Mavors*. Ad sagaces, quod sequitur; *venandique sagax virtus*. Quibus *natura sagax*, & *solertia naris* ab eodem attribuitur in Cyneg. Tertium genus faciunt illa: *viresque sequendi*, de quo in Cyneg. De tribus his generibus cum ita distincte hic agatur, quis autem non agnoscit? Nempe ipsum Gratium, qui primus inter Latinos triplex canum genus instituit.

120. *Incognitus undis*. Plinius nullum ordinem sequitur, quanquam pleraque expressit, sed post alios, qui hic sequuntur, de Helope ita enotat. *Helopem quoque dicit esse nostris incognitum undis*. Quintilianus lib. V. ex nostro etiam habet: *nec Helopen nostro mari ducas*. An ergo in Ponto tantum nasci credidit Plinius? Dixerat enim: *his adjiciemus apud Ovidium posita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascuntur*. Non Ovidii hæc sunt, uti in Prolegomenis probare aggressi sumus. Nec hic tantum Helopis mentio, sed & Aristoteles, & Hesiodus Scuto Herculis Helopen indigetavit. Denique non in Ponto, sed in Pam-

philio tantum mari capitur, testibus Columella, & Æliano.

139. *Conger*. Congri, inquit Gesnerus ad hunc locum, se invicem maxime vorant, authore Aristotele. Sed cum id apud neminem, nec quidem in Aristotele invenerit Interpres noster, præplacet illi lectio, quam Pithœus edidit ex MS. nempe *Cancer*.









